tēptationis ſue: vt ſic victoria xp̄i appareret glꝛioſioꝛ in quā-
tū ſolus vincebat: ⁊ eēt maioꝛ honoꝛ nāe humane. Sic etiā
P 4ª dicit Nico. ¶ Quarto fuit hoc ꝑꝑ inſtructionē vt ſciamus.
ꝙ qñ tēptamur a demone deus permittit nos aliqualr̄ afligi
ab eo vt locuʒ merendi hēamus. Et facit ꝙ angeli cuſtodes
nr̄i nō adiuuent tunc nos iuxta totas vires ſuas: qꝛ alr̄s dia
bolus nō poſſet nos tēptare cū illico angeli cuſtodes eū re-
pellerent. Et tñ permittūt eū ꝯ nos agere ſicut deū velle vi-
dent. Et iſta permiſſio ſignificať per aliqualē abn̄tiā angelo
rū a xp̄o tpe tēptationis. Nō eſt tñ iſta permiſſio totalis: ita
vt permittant demonē agere iuxta oēs vires ſuas. Et nos to
taliter deſtituant qꝛ tunc ſemꝑ vinceremur ꝑꝑ altitudinē ſa
thane. Sʒ ꝑmitteremur tētari q̄ꝫtū poſſumus tollerare ⁊ tūc
angeli cuſtodes nos adiuuant. p̊. coꝛ. 10. ſ. Fidelis eſt deus q
non ꝑmittet vos tēptari vltra id qd̄ poteſtis. Jſtud adiuto-
riū qd̄ angeli vobis faciunt qñ vos fecimus quātū potuimus
ſignať per h̄ ꝙ angeli nō erant multū elongati a xp̄o tpe tē-
tationis lʒ non eſſent oino p̄ntes. Et hoc colligiť in quantū
dr̄ in lr̄a. Reliquit eū diabolus: ⁊ ecce angeli acceſſerūt. ideſt
imediate acceſſerūt qd̄ ſignat illa dictio ecce. Satis ergo pꝛo
piqui erāt cū imediate accedere potuiſſent. Etiā qꝛ dr̄ acceſ-
ſerunt qꝛ accedere nō eſt niſi inter ea que ꝓpinqua ſunt. Jn
hijs aūt que longinqua ſūt dr̄ venire ⁊ nō accedere. Sic dic̄
Chriſo. ſuꝑ Mat. ¶ Quinto quantuʒ ad pꝛincipale angeli
acceſſerunt ad xp̄m poſt tentationē quaſi ad gratulandū ei
Q 5ª de victoria ⁊ ad honoꝛandū ipſum. Qꝛ ſuperauerat demo-
neʒ. Nā angeli boni letanť ⁊ laudāt deū qñ diabolus ſupe-
rať. Sic pʒ apoca. 12. Jbi cū michael ⁊ angeli eius pꝛeualuiſ-
ſent ꝯ draconē qui vocať ibi diabolus. Et dr̄. Et audiui vocē
magnā dicenteʒ. Nunc facta eſt ſalus ⁊ virtus ⁊ regnū dei
nr̄i ⁊ ptās xp̄i eius: qꝛ ꝓiectus eſt accuſatoꝛ fratrū vr̄oꝛum.
R 6ª ¶ Sexto angeli acceſſerūt vt inuať ꝙ illi qui hic demonuʒ
tentationes ſuperant angeloꝵ cōciues erunt poſt moꝛtē. Et
etiā hic habebunt eoꝵ auxilia. Sic dicit Hila. ſ. Victo autē a
nobis calcatoqꝫ diaboli capite: ⁊ angeloꝵ miniſteria ⁊ vir-
tutū in nos celeſtiū officia non defutura oſtenditur.

¶ Jn quo miniſtrauerunt chꝛiſto iſti angeli qui acceſſe-
runt. Queſtio. LXII.

Rñdeť q̄ſtioni. A **Queritur** Jn quo miniſtrauerūt nūc xp̄o iſti an
geli qui acceſſerūt. ¶ Dōm ꝙ dubiuʒ
eſt. Pōt tñ accipi multipliciter. ¶ Uno mō ꝙ angeli acceſſe
rūt nūc ad miſtrādū nō ꝙ ad aliqd̄ ſpāle miniſteriū xp̄o im-
penderent qd̄ ꝑus nō ipēdiſſent: ſed qꝛ ſemꝑ angeli erāt mi
niſtri xp̄i ⁊ p̄ntes erāt ad ſeruiendū ⁊ in quo vellet. Et quia
nūc ad tp̄s tentationis paululū ſe ab eo elongauerāt diciť ꝙ
acceſſerūt ⁊ miniſtrabant. i. erant p̄ntes vt miniſtrarēt in oi-
bus que eis xp̄s iuberet. ¶ Alio mō intelligiť ſm quoſdaʒ
ꝙ angeli miniſtrabant xp̄o quantū ad oia que ipſe faciebat B
ſiue in coꝛreptione aiarū ſiue in effugatōe demonū ⁊ in opa
tionibus mirabilibus. Sic dicit chꝛiſoſto. ſuꝑ Mat. ſ. in qui
bus āt rebus illi miniſtrabant ſciri nō p̄nt: vtrū ad ſanatio-
nes infirmitatū an ad correptionē aiarū: an ad effugationē
demonū: que oia per angelos facit. Unde eis facientibus ip
ſe facere vr̄. Tamē manifeſtū eſt ꝙ nō ꝑꝑ neceſſitatē impoſ
ſibile eius ei miniſtrabant: ſed ꝑꝑ honoꝛē ptātis ipſius. Nō
eni dr̄ ꝙ adiuuerit eū: ſed ꝙ miniſtrēt. ¶ Aliter pōt itelligi C
ꝙ angeli miniſtrauerūt xp̄o. ſ. in cibo ⁊ potu ꝓuidētes ei iu
xta neceſſitatē famis depoꝛtātes ei cibos de aliq̊ loco. Jſtud
eſt rationabile. Primo qꝛ miniſtrare in cōmunioꝛi ſignifica D
tione accipiť pꝛo ſeruitio qd̄ exhibeť ad menſaʒ ⁊ in ciboꝛuʒ
apparatu: ſic accipiť. act. 6. ſ. Nō eſt equū nos relinquere ver
bū dei ⁊ miniſtrare menſis: ſic ēt. Luc. 12. Martha cōqueriť
ꝙ ſoroꝛ ſua relinquat eā ſolū miniſtrare. Et ſic cōiter in ſcri-
ptura accipiť. Unde xp̄s dixit qs eſt maioꝛ q miniſtrat an q
recūbit. j. 20. ideſt. Quis eſt maioꝛ qui ſedet ad menſaʒ vel q
ſeruit ei de cibo. Cū ḡ ponať hic miniſtrare ſine aliquo adiū
cto vr̄ accipi pꝛo miniſtratiōe in cibo. ¶ Scdo pʒ ex adiun-
cto qꝛ ſupꝛa dicebať ꝙ xp̄s eſuriebat añq̄ʒ inciperet tenta- E
ri: ⁊ ſuſtinuit famē quādiu tentatio durauit. Cū ergo dicať
nunc ꝙ angeli miniſtrauerūt ei de cibo intelligendū videť.
¶ Tertio apparet hoc ex quadā neceſſitate qꝛ xp̄s cū iā in F
ceperat eſurire cū deitas relinqueret nām humanā cōditio-
ni ſue. Ergo neceſſe erat ꝙ xp̄s affligereť valde ⁊ moꝛereť
ſi nō ꝓuidereť ei de cibo. Et tamē in deſerto nō habebat ci-
bum: qꝛ ſi habuiſſet cibū nō tentaſſet diabolus eū a p̄ncipio
dicens. dic vt lapides iſti panes fiant. Nō poterat etiaʒ foꝛte
xp̄s ſatis cito recurrere ad loca habitata ad cibos hr̄e: qꝛ in
deſerto erat: ⁊ iam aliquantulū famē ſuſtinuerat. Nō ḡ erat
modus alius apertioꝛ q̄ʒ vt ſibi per āgelos miſtrareť addu-
cendo cibos de aliquo loco: ⁊ foꝛte de domo mr̄is ſue vt ali-
qui dicunt. Hoc ēt cōuenit angelis qꝛ ipſi ſubueniunt fame
licis qui aliunde ſibi pꝛouidere nequeunt. Sic pʒ de angelo
qui poſuit panē ſubcineritiū ⁊ vas aque ad caput helie doꝛ-
miens in ſolitudine. 4. regū. 19. Sic etiā danieli eſurienti in
lacu leonū angelus dedit cibum poꝛtando abacuch ⁊ cibos
eius: Danielꝭ. vlti. Et ſi dicas ꝙ xp̄s poterat cibos foꝛare: cō
cedendū ⁊ tñ foꝛte placuit ſibi magis iſte modus qꝛ ita po-
terat cibos creare in lacu leonū pꝛo daniele: ⁊ tñ noluit: ſed
miſit āgelū ⁊ abachuch cū cibis ⁊ iſte ē modꝰ ſatꝭ ꝯueniēs.

¶ Querūť q̄dā circa tētationē hūanā. Qō. LXIII.

**Queritur** Nūc circa tētationē humanaʒ qñ ſu-
pꝛa multa dicta ſunt de tētatione xp̄i
cū qua nr̄a tentatio cōcoꝛdat. Nūc ergo in generali erūt ali-
qua dubia de tētatione. Et pꝛimū eſt quid tentatio. ¶ Dōm A
ꝙ tentatio accipiť varie aliqñ large: aliqñ ꝓpꝛie: ⁊ tñ ad pꝛo
pꝛiā ⁊ ꝑfectā rōnē tentationis tria cōcurrūt. ¶ Primo vt ꝑ
tentationē alicuius dubij cognitio accipiať. ¶ Scdo vt hoc
ſit intentū ab eo qui tētationeʒ facit. ¶ Tertio vt ipſemet q
tētat cognitionē ipſius rei accipe velit. Et hoc mō dr̄ quis
tentare equum i curſu qñ per curſuʒ vult accipere experimē
tū de agilitate eius vel de tarditate ad motuʒ. Et h̄ mō ēt eſt
tētatio qua hō tētat hoiem. ¶ Cōſiderandū āt ꝙ q̄dā tēta- B
tiones ſunt in qbus repiunť iſte tres cōditiones in alijs vo
due. ⁊ in alijs vna. Et ſm hoc diceť vna magis ꝓpꝛie tenta-
tio q̄ʒ alia. Primo mō tētat vnus hō ſapiēs aliuʒ ſi diſputat
cū eo vt experimentū habeat de ſcia illius: qꝛ ibi oia illa tria
cōcurrūt. Et ſic accipiť infra. 16. ſ. Acceſſerunt phariſei ⁊ ſa
ducei ad xp̄m tentantes: ⁊ rogauerūt eum vt ſignuʒ de celo
acciperent. Et ſic per illā tentationē hr̄eť expimentū de ptā-
te xp̄i. Et ad hunc finē fiebat. ⁊ tentantes intendebant hr̄e C
iſtā cognitionē. ¶ Aliqñ ſaluanť due cōditiones ſolū in ten
tatione. ſ. ꝙ habeť experimentū vel cognitio de re. Et adhūc
fineʒ fit: ⁊ tñ faciēs tētationē nō intēdit inde hr̄e aliquā co-
gnitionē. Sicut deus dr̄ tētare hoieʒ geñ. 22. ſ. Tētauit deus
habꝛahā. Nā ꝓ imolationē filij ſui. i. ꝙ in obedientia huius
pꝛecepti manifeſtareť ſcitas abꝛahe. Et ēt deus ad hoc fecit
vt cognita eſſet ſanctitas abꝛahe. tertiū tñ deeſt. ſ. ꝙ deus nō
fecit tentationē

fecit tēptationem iſtā vt inde acciperet experimētum vel cognitionē aliquā de fide ꝛ obedientia abrahe. q: ipſe certiſſime ſciebat qd facturus eēt abraham. Sic.n. dr̄ Joā. 6. ꝙ qſiuit xp̄s a philippo vn̄ ememus panes. Et ſeqtur. h aūt dicebat tēptans eū. Ipſe.n. ſciebat qd eſſet factur⁹. Et etiā per tētationē illā non intēdebat xp̄s hr̄e cognitionē de eo ꝙ philippus dicturus eēt: q: ipſe ſciebat anteq̄ loquereť qd dicturus eſſet. Sed h fecit vt notificareť alijs qd philippus i hoc cōſuleret: ꝛ an eſſet bonū conſiliū. Sic etiā accipiť deutero. 13. ſ. tēptat vos deus vt palā ſciat vtrū diligatis eū an non. i. vt ab alijs ſciri faciat an diligatis eū: q: ipſe h bn̄ ſcit. ⸿ Aliq̄n vero in tēptatiōe ſaluať vnica tēptatio ſolū. ſ. ꝙ manifeſtatur tēptatus per eā lȝ tēptans non intēdat accipe iſtā cognitionē: nec ēt intendat ꝙ aliqd per h māifeſteť. ⸿ Et ſic caro ꝛ mūdus dr̄ tēptare: q: in hꝯ cognoſciť manifeſta virtus vel infirmitas mētis. Sicut in bello virtus boni militis cognoſciť: q̄uis hoſtes nō ipugnent eū vt cognoſcāt ſuā virtutem ſed vt ipſum vincāt. Un̄ ipſa ipugnatio virtutis tēptatio dr̄. Hoc aūt eſt vel a p̄ncipio intrinſeco. ꝛ ſic ē temptatio carnis vel ab extrinſeco: ꝛ ſic eſt mūdus tēptanſ. Hoc etiam mō q̄libet tribulatio vocať tēptatio inq̄ntū p eā cognoſciť hoīs virtus ſi paciēter reſiſtit. Et ſic Job. 7. dr̄ Militia ē vita hoīs. i. pugna. hȝ alia lr̄a tēptatio eſt vita hoīs. Hoc mō accipiť Ja. p. ſ. Omne gaudiū exiſtimate frēs cū in tēptatiōes varias incidetis. i. in varias tribulatiōes. Q̄ō pȝ ex ſequenti lr̄a. ſ. ſciētes ꝙ p̄bans fidei nr̄e paciētiā operať. Paciētia āt opus pfectū. ꝛ tn̄ paciētia nō eſt niſi i aduerſitatib⁹. ⸿ Hoc mō ſciri pōt de tēptatiōe diaboli in q̄ mō illoꝝ ſit. Nā i tēptatiōe demōis ē duplex finis. Unus ē vltimuſ. ſ. inducē ad peccatū. Et quātum ad h hȝ rōnē tēptatiōis: ſm ꝙ q̄libet ipugnatio dr̄ cōtēptatio q: per eā virt⁹ vel ifirmitas tēptati manifeſtať. lȝ tēptans manifeſtationē nullā intēdat. Et ſic pertinet ad tertiū modū. ſ. in q̄ ſaluať vnita conditio tēptationis. ⸿ Alius eſt finis p̄ximus. ſ. experiri ad qd viciū quiſq̄ maxime prōptus ē. diabolus nāq̄ nō cognoſcit deſideria hoīs nec habitus bonos aut malos nec iclinatiōes aut puitates ad h vel ad aliud niſi ex q̄dam gn̄ali coiectura: ſicut phyſici cognoſcūt vel magis p actus q manifeſtant habitus vel iclinatiōes: deſiderat āt diabolus valde ſcire ad qd vitiū quiſq̄ ſit maxime inclinatus vt de eo ipſuȝ triūphet. ꝛ ſic facilius vincat. Un̄ q̄n a p̄ncipio aliquē tēptat nō ſolum tēptat vt ad malū inducat ſed ēt vt de eo cognitōeȝ habeat. Et ſic ſaluatur ibi pfecta rō tēptationis: q: intēdit diabolus ꝙ habeať aliq̄ cognitio p hoc: ꝛ ꝙ ipſe hēat illaȝ ꝛ poſtea reaľr hēat p effectū de hꝯ pȝ per ſcm̄ Tho. 2. ſen. di. 21. arti. 1. in corpore.

⸿ An hoīes tēptenť p diaboloſ. Q̄ō. LXIII.

**Queritur** circa tēptationem diaboli an hoīes tēptanť p diabolos. ⸿ Q̄uidā dicūt ꝙ nō. q: nō eſt iuſtum. Nā angeli boni cuſtodiunt hoīes q: deputaľ ad deo ad humanā cuſtodiā. Demoneſ tn̄ nō mittunť a deo cū intentio eoꝝ nō ſit aīas ſaluare ſꝫ pdere. Ergo non deputanť a hoīem tēptandū. ⸿ Iteȝ tēptatio hoīs ſit ſolum a carne ꝫ nō ſit a demone. Patet Jacobi. 1. ſ. Nemo cū tēptať dicat ꝙ a deo tēptaľ. Un⁹ quiſq̄ vero tēptaľ a cōcupia ſua. Et ſic vr̄ ꝙ nō ſit aliud tēptans niſi ꝯcupia hoīs q: aliaſ nō bn̄ argueret Jac. dicēs ꝙ deus nō tēptat hoīem ſed ꝯcupia: ſi eſſet aliud tēptans p̄ter ꝯcupiam. ⸿ Itē nō ē iuſta pugna infirmi ꝯ fortē ꝛ inſipiētis ꝯ inſtructū: ſꝫ hoīes ſunt infirmi ꝛ ignari demōes aūt potentes ꝛ aſtuti: ꝫ nō eſt iuſtū ꝙ permittanť demōes pugnare ꝯ hoīes. ⸿ Itē ad exercitiū hoīs ſufficit tēptatio carnis ꝛ mūdi: ſꝫ deus pmittit electos ſuos ipugnari pp eoꝝ exercitiū. ꝫ cū carne ꝛ mūdo ſolum pugnabunt ꝛ nō ꝯ demones. ⸿ Dōm ꝙ demōes tēptant hoīeȝ: ꝛ pȝ q: demō temptauit xp̄m: a fortiori ꝫ alios hoīes: maxie q: tēptatio xp̄i nō fuit pp ſe: q: nō erat op⁹ ipm exerceri p tēptationes cū certum eēt eū ſuperari nō poſſe nec decipi: nec indirecte p tēptatiōes p̄ficere ad virtuteȝ vel cautio: fieri: ſꝫ fuit tēptatio ſua exēplaris vt per eā inſtrueremur ad reſiſtēdum tēptationib⁹ demōis. ⸿ Itē tēptauit diabolus p̄mos parentes ex q̄ tēptatiōe ceteris occaſio data eſt: in qbus nos pleruq̄ ſuccūbimuſ ſicut illi ſuccubuerūt. ⸿ Itē apl's ad ephe. 6. dicit. Nō eſt nobis coluctatio. i. pugna aduerſus carnem ꝛ ſanguinē ſed aduerſus p̄ncipes ꝛ ptātes aduerſus mūdi rectores tenebrarū harū: ꝯ ſpiritalia neqtie in celeſtibus. i. pugna eſt nobis ꝯ demōes q ſunt rectores tenebrarū ꝛ ſpiritales neqtie. i. ſp̄us mali. Et ſic apl's ſignauit iſtaȝ ſolam eē tēptationē vel iſtaȝ eſſe p̄cipuā inter ceteras. ⸿ Itē. 1. corin. 7. dr̄. Rurſus redeūtes in id ipſum ne tēptet vos ſathanas pp incontinentiā vr̄aȝ. ꝛ. 1. ad theſa. 3. dr̄. Ne forte tēptauerit vos is q tēptat. i. diabolus cuius offm̄ eſt temptare. Et. 1. petri. vlti. dr̄. Aduerſarius vr̄ diabolus circuit q̄rēs quē deuoret: cui reſiſtite: Et tn̄ non eēt reſiſtendū ei in aliq̄: niſi nos tēptaret. ꝛ act. 5. dr̄. Cur tēptauit ſathanas cor tuū mētiri ſpiritui ſcō. Et ſic tota ſcriptura anūciat nobis tēptatiōeȝ demonū ꝛ hortaľ illam cauere. ⸿ Ad p̄imū dōm ꝙ demōes ipugnant hoīem dupliciter. Uno mō ipugnādo vt ad peccatuȝ deducāt. Et h mō non mittunť a deo ad tēptandū cuȝ deus nō intendat directe culpā alicuius: q: culpa eſt p ſe malum. demōes aūt intendūt culpā inducere. Permittit tn̄ deus ſepe ꝙ hoīes tēptentur ꝛ incidāt inculpā iuſto iudicio ſuo q: poſſet illud p̄hibere arcendo demōes vel cōtinendo humanam volūtatem ꝛ nō vult. Aliq̄n demones ipugnāt hoīes ſolū puniendo: ꝛ ſic demones mittunť a deo p̄s. 77. ſ. Miſit in eos irā indignatiōis ſue: imiſſiones p angelos malos pena. n. bene referť in deum tāq̄ in p̄imū auctorē ꝛ directe culpa aūt non. Et h mō demones mittunť a deo ad puniendum lȝ ipſi alia intētione puniant q̄ꝫ mittanť q: deus mittit eos pp ſuam iuſticiā. ꝛ illi puniūt hoīes pp odiū ꝛ inuidiā. ⸿ Ad 2m dōm ꝙ nō tēptaľ homo ſolū a carne ſed etiā a mūdo ꝛ diabolo. Et cum ibi dr̄ ꝙ tēptatur vnus quiſq̄ a cōcupiſcentia ſua: nō accipiť ꝯcupia p̄ ſola ꝯcupia ſed p deſiderio aliquo vel motu inordinato q vocaľ large ꝯcupia. Et iſta fit in hoīe per quācūq̄ tēptationē ſiue demonis ſiue carnis ſiue mūdi. ⸿ Ad 3m dōm ꝙ lȝ nō ſit equalis cōditio pugne inter hoīem ad demones: deus recōpēſat ex pte hoīs id qd deeſt: p̄mo p diuine gr̄e auxiliū. ⸿ Scdō per cuſtodiā angeloꝝ: ꝛ ſic fit eq̄litas vel maioritas ex pte hoīs. Sic dicitur. 4. regū. 6. ſ. Cum heliſeus dixit diſcipulo ſuo noli timere. Plures. n. ſunt nobiſcū q̄ꝫ cum illis. i. pluref ſunt in adiutorium nr̄m q̄ꝫ ſint impugnatoreſ: ꝛ illi erāt angeli ſicut ibi dr̄. Iſtud adiutoriū ſemp homo hȝ ꝯ diabolū: ita vt nūquam diabolus poſſit eē ſuperior: niſi hō ſpōte repulerit adiutoriū ſuum volēdo demoni cōſentire. Sicut dixit ph̄ia ad boetiuȝ ſ. Talia tibi cōtuleramus arma q̄ niſi prior abieciſſes in vita te firmitate tuerenť. Et ſic q̄n hō ſuccūbit temptationi diaboli: nō excuſaľ: q: ipſe repulit adiutoriū ſuum: alias. n. non p̄ualuiſſet ꝯ eū ſathanas quātūcūq̄ fortis. ⸿ Ad 4m dōm ꝙ infirmitati humane ſufficeret exercitiū ipugnatiōis a carne ꝛ a mundo: ſed malitie demonū non ſufficit q̄ vtitur tam carne q̄ꝫ mūdo ad hoīum ipugnationē. Hoc tn̄ ex diuina ordinatione p̄uenit in gloriaȝ electoꝝ. ⸿ Aliter pōt dici ꝙ lȝ humane infirmitati ſufficiat tēptatio a carne ꝛ a mundo ad exercitiū: hoī tn̄ adiūcto per grām ꝛ cuſtodiaȝ angelicā non ſufficit tēptatio carnis ꝛ mundi q: etiā ſi maior ſupueniat. ſ. tēptatio que eſt a demōe adhuc erit hō ſufficiēs ad reſiſtendum illi. De hꝯ pȝ per. ſ. Tho. 1. par. ſu. qō. 11. arti. 1.

⸿ Quare demōes volūt tēptare hoīes ꝛ torq̄re. Q̄ō. LXV.

**Queritur** q̄re demōes volūt tēptare hoīes ꝛ torquere. ⸿ Dōm ꝙ demō vult h pp multa. ⸿ P̄imo vult pp inuidiā q: ipſe eſt iocūdus hoī ꝛ p̄ inuidiam deſiderat hō alteri nocere cū odium ptineat ad inuidiā. Iſta inuidia orta eſt ex caſu inuidie diaboli q pp iniquitatē ſuam pdidit eternā beatitudinē. In qua quodāmodo videt ſibi ſubrogatū hoīem quē ipſe cognoſcit creaturā fragilē ꝛ ſm nātotam inequalē ſibi. inuidet ꝫ p̄ſperitati eius. ſ. ꝙ ille q nō eſt ſibi eq̄liſ ſm nām fiat maior eo ex gr̄e adoptiōe. Et ob h diabolus conaľ nocē hoī q̄litercūq̄ pōt. Sed maxie in eiſ p que dirigiť ad vitā eternā: q: in affecutiōe illi⁹ hō efficitur maior demōe. Iſta aūt inuidia diaboli eſt cā directa oīum malorum q̄ nobis facit: ꝛ quecūq̄ a p̄ncipio humane nāe irrogata ſunt. ſicut dr̄ ſapie. 2. Inuidia diaboli mors itroiuit i orbeȝ terrarū. Iſta fuit cā q̄re diabolus tēptare voluit p̄mos parētes. ſ. inuidēdo eoꝝ felicitati q̄n incipe videbat: niſi ipſe illaȝ p ſuas fraudes cōturbaſſet. Sic dr̄ p magiſtrū. 2. ſen. di. 21. in principio. ſ. videns igiť diabolus hoīem p obediētie humilitatē poſſe aſcendere: vn̄ ipſe p ſuperbiā corruerat inuidit ei. Et q prius per ſupbiā fuerat diabolus. i. deorſum lapſus zelo inuidie factus ē ſathanas. i. aduerſarius. ⸿ Scdō accidit hoc ex ſupbia demonū. Sunt. n. nāliter ſuperbi. Cōſiſtit āt ſupbia in deſiderio excellētie ꝛ dn̄ȝ. Nam p ſuperbiā hoīes



Marginal notes (left): D; E; F; opio q̄ndam; p̄a rō; 2a rō; 3a rō; 4a rō; A rnſio ad q̄ſitum q̄onis ꝙ demones ten tant ho mines; B; C.

Marginal notes (right): D; E ad p̄m ar.; F rnſio ad 2m; G ad 3m; H ad 4m; I; A rndeť q̄ſito q̄onis ꝙ p multa; B; C.

volunt ꝑeſſe alijs quibus de iure non preſunt ⁊ exprimere
eos. Demon ĝ cum ſupbus ſit dominari deſiderat. Nihil tñ
hʒ in q̊ iuſte dñij iuſ exerceat. Ideo vult vſurpare ſibi dñium
ſuper hoies violẽter nocẽdo eis ⁊ irrogãdo mala pene ⁊ ꝑ-
ducendo ad mala culpe. Et in h̄ vult accipere ſīlitudinem di
uine ptãtis. Quia ſicut deus q eſt nãliter dñs totius creatu
re diſponit angelos tãq̃ miniſtros ſuos ad cuſtodiã hoium
ita: ⁊ demones cõſtituũt inter ſe miniſtros ad nocendũ hoi-
bus ⁊ ſubijciẽdum eos ſibi. Et quãtum ad h̄ demõ vocatur
princeps huius mũdi. Joã. 12. ⁊ 14. ſ. princeps mũdi hui⁹ eij
ciet foras. i. diabolus. Et iterũ venit princeps huius mũdi.
Sic etiã oẽs demones vocant̄ principes ⁊ rectores mundi.
⁊ tenebrarũ ad ephe. 6. inquãtuʒ inter ſe hñt officia diſtribu
ta ⁊ quãdã gubernationẽ ſm quã poſſint nocere hoibus te
nendo eos ſibi ſubiectos. ⁊ ad h̄ ſicut regnũ eſt vnũ corpus
politie ꝯſtans ex pluribus partib⁹ regẽtibus ⁊ regulatis cõ
ſtitutis ſub vno ſupmo rectore i cõcordia: ita cõgregatio de
monũ regnũ quoddam efficit: inquãtuʒ qdam ſicut ſuperio
res ⁊ alij inferiores: oẽs tñ inter ſe ſunt ordinati ad hoc ꝙ
hoies ſibi ſubiectos teneant. Sic dr̄. ĩ. 12. Si ſathanas eijciet
ſathanã aduerſus ſe diuiſio ẽ. Quõ ĝ ſtabit regnũ eius. q. d.
Nõ ſtabit. ẽt tñ xp̄s arguit h̄ per deductionẽ ad incõueniẽs
⁊ ſic innuit q: regnũ ſathane in cõcordia ẽ. ¶ Aliqui addũt
aliũ modum. ſ. ꝙ demonibus cõpetit tẽptare ex officio ſibi a
deo ipoſito: q: ſicut deus bonos angelos inſtituit ad cuſto-
diam hoium: ita angelos malos ad eoꝝ tẽptatiões ꝑpoſuit.
¶ Dõm ꝙ nõ q: officium bonoꝝ angeloꝝ bonum eſt. ſ. cu-
D ſtodire ⁊ adiuuare. etiã intentio eoꝝ bona eſt. q: nihil circa
nos faciunt niſi ea itentione vt nos ꝓficiamus. Talis ĝ iſti
tutio a deo eſt a quo oĩa bona emanant. Id v̊o qd̊ demones
faciunt malũ eſt. ſ. interdũ malum pene qd̊ irrogant. ſicut pʒ
in iob. ⁊ interdũ malum culpe qd̊ procurãt vt nos a deo ſe-
parent: q: iniquitates ſeparant hoiẽ a deo ſicut dr̄ yſai. 59.
. ſ. iniqtates vr̃e ſeparauerũt inter vos ⁊ deũ nr̃m. Intentio
etiã eoꝝ mala eſt: q: quicqd agant ſemꝑ malo aio agunt vt
noceãt: lʒ aliqñ deo diſponẽte bonũ ſequat̄. Iſtud tñ eſt ꝑ ac
cidens ⁊ ꝯ̃ intentionẽ eoꝝ. Etiam motiuũ demonũ malum
eſt. ſ. odiũ ⁊ inuidia. Et ſic nõ eſt eis a deo impoſituʒ q: nos
tẽptent. ſed ꝑmittit deus tẽptationes iſtas inquãtum ex gr̃a
eius ad augmẽtum glorie electoꝝ ꝑtinent. verũ eſt tñ ꝙ iter
dum deus iubet demonibuſ aliqd̊ malũ pene inferre. Sic pʒ
de egyptijs ꝯ̃ quos deus miſit angelos malos ad inferẽduʒ
eis plagaſ pſ̄. 77. Sic etiã fuit de ꝑcuſſiõe Job. lʒ ibi aliqua
liter eſt magis ꝑmiſſio q̃ʒ iuſſio. Job. 2. ad malũ aũt culpe de⁹
directe nũq̃ʒ confert q: illud eſt ꝓprie malũ. Et q: tẽptatio ꝓ
prie eſt ad pcm̃ qd̊ eſt malum culpe ⁊ nõ eſt ad penaʒ. q: qñ
demones nos puniunt nõ dicunt̄ nos tẽptare ſed torquere
erit tẽptatio ſemꝑ ad peccatũ. Et ſic dõʒ ꝙ tẽptatio demonũ
nõ eſt a deo inſtituta. ſed ſolũ permiſſa. Et ſic demones non
tẽptant hoies quaſi deus h̄ velit: ſed q: ipſi inuidi ſunt ⁊ ſu
perbi. Verũ eſt tñ ꝙ nõ poſſent tẽptare niſi deus eos ꝑmit-
teret. De hijs tangit ſanctus Tho. aliqd. i. parte ſũme. q. ii4.
articulo. i. in corpore.

¶ An tẽptare hoies ſit offm̃ demonis. Qõ. LXVI.

**Queritur** an tẽptare hoies ſit officiũ demonis.
¶ Aliq dñt ꝙ nõ q: ſi officiuʒ ſuum
opio q̃rũdã eſſet ſolus ipſe tẽptaret. Deus tñ etiã tẽptat hoiem. geñ. 22.
⁊ deute. 13. ĝ nõ ẽ officiũ demonis. ¶ Itẽ caro ⁊ mũdus tẽ-
ptant. de carne pʒ Jacobi. i. ſ. vnuſquiſq; tẽptat̄ a ꝯcupia ſua
p̄ª rõ de mũdo pʒ. i. ad thimo. 6. Qui volunt diuiteſ fieri incidunt
in tẽptationẽ. ſ. tẽptationẽ mundi. ſ. q: diuitie ſunt de hijs q̄
ad mũduʒ ꝑtinent. vel q̄ in mũdo ſunt. Erit ergo officium tẽ
2ª rõ ptãdi carnis ⁊ mũdi ſicut demonis. Et tñ non dicimus offi
ciũ carnis ⁊ mũdi eſſe tẽptare lʒ tẽptent: ita nõ dicemus ꝙ
officiũ demonis ſit tẽptare ẽt ſi tẽptet. ¶ Itẽ tẽptatio ꝑtinet
3ª rõ ad ignorãtem cũ tẽptare ſit velle experimentũ accipere d̊ re
demões tñ ſciũt quid circa hoiem agitur ĝ non opʒ ꝙ eum
4ª rõ tẽptent. ⁊ ꝯñr non erit officiũ eoꝝ tẽptare. ¶ Itẽ temptatio
directe eſt ad peccatũ ipſum aũt peccatũ in voluntate ẽ. de-
mones autẽ non pñt voluntatẽ hois imutare nec aliquid i
ea directe agere: ĝ nõ pertinebit tẽptare ad illos. ¶ Dõm ꝙ
A officiũ demonis eſt tẽptare nõ tãq̃ʒ ab aliquo ſit ſibi ipoſitũ
ſed ab eo eſt volũtate aſſumptuʒ: pp inuidiam ⁊ ſupbiaʒ vt
dictũ eſt ꝑcedenti. q. dr̄ tñ officium eius: nõ ꝙ demones ni-
hil aliud agant: ſʒ q: h̄ eſt qd̊ precipere agũt: ⁊ ꝙ cũ maiori
deſiderio ⁊ ſolicitudine exercẽt. Nã quãtum ad cetera con-
uenit eis penaſ tollerare ſicut aiabus dãnatoꝝ: q: ipſi q̊ʒ dã
nati ſunt ad ignẽ eternũ. ĩ. 25. ſ. Ite maledicti in igneʒ eternũ
qui paratus eſt diabolo ⁊ angelis eius. Ipſi quoq; demões
cõfitent̄ ſe a deo torqueri. ĩ. 8. ⁊ Mar. i. ſ. Quid tibi ⁊ nobis
Jeſu nazarene? Cur veniſti ante tp̄s torquere nos. In h̄ aũt
demones nihil agũt ſed patiunt̄. Tẽptatio igit̄ eſt ꝑcipuum
opus ſuũ ab eis volũtarie aſſũptum per qd̊ aliquo mõ ſatiſ-
faciũt ſuperbie ſue. ſ. ſubijciendo ſibi hoies ⁊ tenẽdo h̄ ſubie
ctos. Satiſfaciunt ĝ inuidie inquãtũ per eã impediunt pro
fectũ hoium ⁊ deducunt eos ad penã eternã. Non eſt tñ ita
officiũ illoꝝ ꝙ nulli alij cõpetat lʒ nulli ita ſicut eis cõpetit
vt. ĩ. dicetur. ⁊ ſic ſcriptura oſtẽdit officium demonũ eſſe tẽ-
ptare q: ſupra in lr̃a dr̄ ꝙ accedens tẽptator. i. diabolus. tem
ptator tñ non ẽ nomẽ actus ſed habitus vel officij. ⁊ ſic offi
cium eius eſt tẽptare idem pʒ. i. theſa. 3. ſ. ne forte tẽptauerit
vos is qui tẽptat. i. ille cuius officiũ eſt tẽptare. ſ. diabolus. ⁊
ſic nõ expreſſit eũ quaſi notũ eſſet quis ẽ ille ad quẽ tẽptãdi
officiũ ꝑtineat. Idẽ pʒ ex glo. Nã cũ dr̄ is qui tẽptat dic̄ gl. i.
diabolus cuius officiũ eſt tẽptare. Et ſicut officiũ diaboli ẽ
tẽptare: ita etiã officiũ eſt eiuſ accuſare. ſicut dicit̄ apo. 12. ſ. ꝓ
iectus eſt accuſator fratrũ noſtrorũ qui accuſabat illos ante
cõſpectũ dei noſtri die ac nocte. Et loqtur ibi lr̃a de diabolo.
¶ Conſiderãdum tñ vt magis h̄ appareat ꝙ tẽptatio eſt ad B
hoc ꝙ habeat̄ aliq̃ cognitio de ipſo tẽptato. vt. ſ̄. diximus. ⁊
iſtud eſt de rõne tẽptationis ex ipſa tñ cognitiõe tẽptans in
tendit aliqñ bonũ finem. ⁊ aliqñ malũ. ⁊ aliqñ nulluʒ. ⁊ vbi
nullus finis intendit̄ niſi ipſa cognitio vel experimẽtum eſt
ſolum id qd̊ eſt de rõne tẽptationis. fieri autẽ illam ad bonũ
vel ad malũ finem vltra rõnem tẽptationis eſt. Si ĝ cõſide-
retur hoc ſolũ qd̊ eſt hẽri experimẽtum de re tẽptata: nõ tẽ-
ptat ſolus diabolus ſed ẽt deus tẽptat ⁊ caro ⁊ mundus tẽ-
ptant ⁊ hoies boni ⁊ mali tẽptant ſe ipſos vl̄ aliquas res ⁊
interdũ deum. Patet q: per tẽptationẽ qua deus dr̄ nos tẽ-
ptare notificat̄ aliquid in nobis. ſ. an ipſuʒ diligamus deute
ronomij. 13. Per tẽptationẽ carnis ⁊ mũdi notificat̄ in nobiſ
virtus vel infirmitaſ nr̃a conſentiẽdo vel diſentiẽdo. Per tẽ
ptationẽ etiã qua vnus hõ tẽptat aliũ notificat̄ id de quo tẽ
ptat̄ ſiue ſit ſcia: ſiue robur corporis: ſiue prudẽtia in agẽdis
per tẽptationem etiã qua hõ tẽptat equum apparet agilitas
ſua vel pigrities i motu. Sic etiã hoies tẽptant deum inter-
dum qñ deſiderant hr̃e experimẽtuʒ de aliq̃ operatiõe eius.
¶ Dõm autẽ ꝙ ſic accipiẽdo q̃ʒtũ ad id qd̊ eſt ſolum de ꝑfe C
cta rõne tẽptationis nullius eſt officiũ tẽptare cũ multis cõ-
petat: ⁊ etiã non cõpetit alicui ſub aliq̃ ſpãli rõne. Si autem
cõſideretur finis tẽptatiõis qui eſt ex rõnem ꝓpriam tẽpta-
tionis. dõm ꝙ qdã temptãt ad bonũ vt cum aliqs dñs tem-
ptat aliquẽ vt habeat cognitionẽ de aliq̃ probitate eius ⁊ ꝑ
h̄ eũ ꝓmoueat ad maioreʒ ſtatum. Et hoc mõ deus temptat
hoiem vt eũ exaltet vel ꝓbitatem ſuã alijs oſtẽdit. ⁊ ꝑ h̄ euʒ
laudabilem ⁊ honorabilẽ reddat. Sic tẽptauit deuſ abrahã
vt toti ſeculo oñderet altiſſimã virtutẽ obedientie ⁊ fidei ei⁹
que adhuc incognita mãſiſſet ſi deus eũ non tẽptaſſet. Ad
malũ autẽ deus nũq̃ʒ tẽptat Jacobi. i. Et iſta tẽptatio que ad
bonũ eſt nõ ſolet vocari cõiter tẽptatio. Si ãt per tẽptatiõeʒ D
intendat̄ malũ: ſic eſt ꝓprie tẽptatio. Quia iſtud nomẽ tẽpta
tio iam ex cõmuni vſu malũ quoddã importat. Ideo magis tẽptatio
cõpetit illi tẽptationi que ad malũ fit. Hoc mõ proprium eſt diaboli
diabolo tẽptare. Ipſe. n. ſolus eſt q ex inuidia ſua malũ hois ⁊ malo
intẽdit ad malũ ſemꝑ eum tẽptat. Et ſi aliqs homo alium tẽ rũ hoiuʒ
ptet ad malũ iſta tẽptatio a diabolo eſt. Nã homo nõ intẽde differt
ret alteri malũ iniuſte facere niſi ipſe prius a diabolo ad hoc
volendũ ſuperatus eſſet ⁊ inductus. Differt tñ tẽptatio dia p̄º
boli a temptatione hoium maloꝝ in duobus. ¶ Primo q: 2º
diabolus tẽptat ad maluʒ. homo aũt tẽptat ad bonum ⁊ ad
malũ. diabolus autẽ nũq̃ʒ ad bonum tẽptat. ¶ Scdõ q: dia
bolus a ſe ipõ hʒ ꝙ malũ intendat q: malitia ſua nõ reducit̄
in aliud principiũ ſuperius: hõ autẽ qñ ad maluʒ tẽptat aliũ
nõ habet iſtud malũ deſideriũ a ſe ipſo ſed a diabolo qui ca-
put ẽ oĩs mali. vñ oẽs peccatores vocãtur filij diaboli. ſicut
xp̄s dixit. Jo. 8. ſ. vos ex patre diabolo eſtis ⁊ deſideria eius E
vultis ꝑficere. Soli ergo demoni ꝓprie cõpetit tẽptatio. Et Rñdet
ſic ipſe ſolus dicit̄ hẽre officiũ tẽptandi. ſ. in hac tẽptatione ad p̄mũ
que ad malũ eſt. ¶ Ad primũ dõm ꝙ deus tẽptat hoiẽ nõ
vt inde aliqd̊ malum iducat ſed magis vt bonũ eius oñdat.
Unde

Unde ſi cõtingeret ꝙ deus inferat penas alicui per quas ef
ficiat̃ malus: ⁊ ſic appareat eius ĩfirmitas vel iniqtas: deus
nõ dicit̃ tẽptaſſe iſtu: q: nõ intendebat ad h vt iſte deterioꝛ
fieret nec eius infirmitas aut iniqtas alijs nota fieret ſed ſo-
lum ꝙ puniret̃ iſte ꝓ de meritis ſuis qd̃ bonu erat. Jdeo in
tali caſu nõ dicet ꝙ deus aliquẽ tẽptauit. Si tñ deus inferat
alicui penalitates vl' occaſiões aliquas cadẽdi ⁊ per hec ho
mo efficiatur melioꝛ vel bonitas ſua appareat dicet̃ deus il-
lum tẽptare. Sic dicit̃ ꝙ tẽptauit abraham vt virtutẽ ſuam
f ad 2m ar. notã faceret geñ.22. ⁊ ſic tẽptatio d̃ q̃ hic loquimur.ſ. ſʒ quã
malum intẽditur ad deum nõ pertinet. ¶ Ad 2m dicendum
ꝙ caro ⁊ mũdus hoiem tẽptant malu tamẽ nullum inten-
dunt nec etiam bonũ vt cadit ſub cognitiõe: q: caro ⁊ mun
dus nihil intelligũt. diabolus aũt pꝛopꝛie malũ intendit ⁊ ĩ
hoc tẽptatio ad ipſum ſolũ pertinet. de tẽptatione tamẽ car-
nis ⁊ mũdi. magis dicet̃ infra in q̃dam queſtiõe. ¶ Ad 3m
G Ad 3m dicendũ ꝙ demões ſciũt ea que exterius agũtur circa hoies
tam p̃ſentia q̃ʒ pꝛeterita: interioꝛe tñ hois conditionẽ ſolus
deus nouit qui ſcrutat̃ coꝛda ⁊ renes pſ̃.7. Jdeo demones
adhuc deſiderãt ſcire conditionẽ hoium vt ſciãt ad qd̃ vitiũ
eſt vnus hõ magis inclinatus q̃ʒ ad cetera vt illud ſemper
ſuggerat ⁊ facilius vincat ⁊ ad hoc neceſſe ẽ ipſis demoni-
bus interdũ hoies tẽptare ad habẽdu experientia de eis.
H ¶ Ad 4m dicendũ ꝙ licet hoies nõ poſſint voluntatẽ hois
ad 4m inmutare: poſſunt tamẽ aliq̃liter imutare vires inferioꝛes ex
quarũ imutatiõe licet volũtas non cogat̃ tamẽ aliqualiter ĩ
clinatur. ⁊ hoc ſufficit ad tẽptationem faciendã: q: non op
ꝙ per quãlibet tẽptationem homo ſuccũbat imo non eẽt ne
ceſſe ꝙ in aliqua ſuccũbat niſi velit. Si tamẽ temptatio de-
monũ perueniret ad hoc ꝙ directe vel idirecte ſufficeret vo
lũtatem imutare: neceſſe eſſet ꝙ in qualibet tẽptatiõe diabo
li hõ ſuccũberet. Qd̃ falſum ẽ. de hijs tãgit ſanctus Tho.i.
pte ſu.q.ii4.arti.2.⁊.2.ſen.di.21.arti.i.

¶ An oia peccata que homines faciunt ſint per inſtigatio-
nem diaboli. Queſtio. LXVII.

Queritur an oia peccata que hoies faciunt ſint
per tẽptatione diaboli vel inſtigante
opio q̃rundam diabolo. ¶ Quidã dicunt ꝙ ſic q: dicit Diony. lib. de di.no.
c.4. ꝙ multitudo demonũ eſt cã oium maloꝝ ſibi ⁊ alijs. ſʒ
peccatũ eſt pꝛopꝛie malũ: ideo demõ eſt cã ois peccati. Non
eſt tñ cauſa peccati noſtri niſi ꝑ tẽptationem demonis fiunt
pª rõ oia peccata quecũq ſint. ¶ Ite de quolibet peccatoꝛe põt
dici illud qd̃ xp̃s dixit iudeis. Joã.8.ſ. Uos ex patre diabolo
eſtis ⁊ deſideria eius vultis p̃ficere. Ubi inuit ꝙ deſideriu
faciendi malũ a diabolo eſt: g̃ in oibus peccatoꝛibus ſugge-
ſtio diaboli eſt cã peccatoꝝ: cũ ipſe non moueat nos niſi per
2ª rõ ſuggeſtionẽ. ¶ Itẽ ſicut boni angeli dei inſtitutiõe ſunt ad
cuſtodiam noſtrã ita demones ex ſua iniqtate ſunt ad nr̃am
ĩpugnationẽ: Jdeo tñ bona q̃ facimus ſunt ꝑ ſuggeſtionem
bonoꝝ angeloꝝ: q: diuina ad nos mediãtibus angelis p̃fe-
rũtur: vt ait Diony. ergo ſil'r oia mala que fecerimꝰ per ſug-
3ª rõ geſtionem demonu erant. ¶ Dõm ꝙ peccata nr̃a ſunt aliq̃
modo oia a demone ⁊ alio mõ ſunt q̃dam a demone ⁊ alia
nõ. Pꝛo quo ſciẽdum ꝙ cã alicuius poteſt dici dupl'r. Uno
A modo illud ꝙ directe agit ad rem. alio modo qd̃ agit indire-
cte. Sicut qñ aliqd̃ agens nõ pꝛoducit effectu nec intendit
illum ꝓducere ſed cauſat diſpoſitionẽ aliquã ad illum: dicit̃
eſſe tũc indirecte ⁊ occaſionaliter eſſe cã illius effectus. Si-
cut qui fecit gladiũ eſt cã occaſionalis occiſiõis hois: lʒ ipſe
nũq̃ intenderit hoc. Et qui ſecat ligna eſt cã vel potius occa
ſio cõbuſtionis eoꝝ: ⁊ tamẽ qñ ipſe ſecabat foꝛte non inten
debat eoꝝ cõbuſtione: ſed potius vt eſſent ad edificatione
ſi aute accipiatur diabolus vt cã occaſionalis vel indirecte
dicetur cã oium peccatoꝝ noſtroꝝ q: ipſe inſtigauit pꝛimu
hoiem ad peccandum ⁊ non peccaſſet niſi ille ſuaſiſſet. Nos
quoq nũquã peccaremus niſi pꝛimus hõ peccaſſet. Jõ dia-
bolus hoc modo dicit̃ cã oium peccatoꝝ. Patet hoc q: ſi pꝛi
mus homo tẽptationi reſtitiſſet: fuiſſet confirmatus vt ſacri
doctoꝛes dicunt: ⁊ iam nõ eſſet locus peccato nec tẽptatiõi
in eo nec in poſteris ſuis. ſicut ẽ nunc in vita eterna. Si aũt
accipiat̃ diabolus in cã directa peccatoꝝ: dõm ꝙ nõ eſt ipſe
cã oium peccatoꝝ. lʒ ſit cã plurimoꝛu non.n. comittunt̃ oia
B peccata inſtigãte diabolo. ſed quedã ex libertate arbitrij no-
ſtri defectibilis ex coꝛruptione carnis q̃ fierent etiã ſi diaboli
nulli eſſent vel ſi nos nõ tẽptarent. Sic.n. dicit oꝛigenes ꝙ
etiã ſi diabolus nõ eſſet hoies haberẽt appetitũ cibi ⁊ vene
reoꝝ ⁊ hmõi circa quem appetitũ multa inoꝛdinata contin
gerent niſi per rõnem frenaretur. Et hoc maxime ſuppſita
coꝛruptiõe nature. Refrenare autẽ ⁊ oꝛdinare appetitũ per
tinet ad liberũ arbitriu per cuius miſſionẽ vel negligentiã
poſſunt multa inoꝛdinata circa appetitũ ↄtingere. Et ſic nõ
eſt neceſſe ꝙ oia peccata veniant ex ſuggeſtiõe vel tẽptatio
ne demõis cu multa a nobis ipſis poſſint ꝓuenire. Sic ẽt
dicit̃ in libꝛo de eccleſiaſticis dogmatibus.ſ. Nõ oẽs cogita-
tiões male excitãtur a diabolo. ſed aliquotiẽs ex noſtri arbi-
trij motu emergunt. ¶ Ad pꝛimũ dõm ꝙ multitudo demo-
nũ eſt cã oium maloꝝ nõ q̃dẽ directa ſʒ occaſiõalis: iquãtu C
ꝑ ipſos ꝓcuratũ fuit pcm̃ p̃mi parẽtis ex q̃ venerũt ĩ nos oia
pcã.i. coꝛruptio nãe ⁊ incentiuũ ad oia pcã. ¶ Ad 2m dõ ꝙ D
diabolus dr̃ eſſe pater oium cauſalitate vel imitatiõe. Sicut
nos dicimur filij abꝛahe q: imittamur in fide illum. Jta cum
diabolus ⁊ iniqtate ſua ſolũ malum velit ⁊ ſemꝑ illud velit
dato ꝙ nos faciamus aliq̃ peccata ad que ipſe nõ icitet nos
dicimur filij eius quãtum ad illa peccata: q: imitamur eum
in peccato.ſ. q: ipſe totus peccatoꝛ eſt. ⁊ oẽ malum fieri deſi-
derat ex ſua iniqtate ⁊ inuidia: ſicut dr̃ ſapientie.2. Jnuidia
diaboli moꝛs introiuit in oꝛbe terraꝝ imitãt̃ autẽ illum qui E
ſunt ex parte illius. ¶ Alia ratio eſt q̃re oẽs peccatoꝛes di-
cãtur filij diaboli: q: pater eſt nomẽ pꝛincipij a quo res ince-
pit: ſicut ille dicit̃ pater alicuius artis vl' ſciẽtie qui p̃mus cir
ca illã aliquid inuenit: aut excogitauit ita tubal vocat̃ pater
muſicoꝝ ⁊ eoꝝ qui cãtant in vaſis muſicis geñ.4.ſ. Nomẽ
fratris eius Tubal. Jpſe fuit pater canẽtiu in cithara ⁊ oꝛ
gano. Jta ille qui pꝛimũ peccatũ faceret diceret̃ pr̃ peccatoꝝ.
Sic fuit de diabolo. q: añ eum nẽo peccauerat. Jõ ipſe oium
peccatoꝝ pater ẽ. ¶ Ad 3m dicendũ ꝙ homo ꝑ ſe ipſum ca-
dere põt ad bonum tñ ſurgere vel ꝓficere non põt niſi diui- F
no auxilio. Jo.15.ſ. Sine me nihil poteſtis facere.i. nullũ bo-
num meritoꝛiũ. Exhibet̃ autẽ hoi diuinum auxiliu imedia-
te miniſterio angeloꝝ: ideo ad oia bona nr̃a cooperãt̃ ange
li. Non tñ oia peccata noſtra neceſſe eſt pꝛocedere ex ſugge
ſtione demonũ cũ ad peccãdum exterioꝛi auxilio nõ indigea
mus q: ad hoc ex nobis ſufficiẽtes ſumus vel ſufficiẽter def
ficiẽtes cum peccatũ ex deffectu ſit. Dicunt tñ cõiter docto-
res ꝙ licet multa peccata fiãt non inſtigãte demone: nullu
tñ genus peccati eſt qd̃ demone inſtigãte nõ introductũ fue
rit. de iſtis tãgit.ſ. Tho.i. parte ſũme.q.ii4.arti.3.

¶ An tẽptatio demonis ſit peccatũ. Q̄o.LXVIII.

Queritur de tẽptatione demõis an ſit peccatu.
¶ Aliq dicũt ꝙ ſic q: minoꝛ potẽtia A
non põt excludere effectũ ⁊ intentione maioꝛis ptãtis: ſed opio q̃rũdã
poteſtas demõis eſt maioꝛ q̃ʒ hominis q: nõ eſt ptãs ſuper
terrã que ei poſſit cõparari. Job. 41. Demon tñ intẽdit per
tẽptationem inducere peccatu: ergo nõ põt impediri quin
inducat peccatũ: ⁊ ſic tẽptatio demonis erit peccatũ. ¶ Itẽ
violẽtia excuſat aliquo mõ peccatũ: q: vbi eſt maioꝛ violẽtia
eſt minus d̃ peccato. ⁊ tñ tẽptatio que eſt a carne ẽ maioꝛ q̃ʒ
illa que fit a diabolo vt pʒ per magiſtrũ.2.ſen.di.31. ⁊ tñ tem-
ptatio que ẽ a carne peccatũ eſt vt ibidẽ dicit̃. Ergo tẽptatio
que eſt a demõe erit peccatũ a foꝛtioꝛi. ¶ Itẽ non põt homo
vitare q̃ʒdiu viuit tẽptationẽ carnis: ⁊ tñ illa peccatu eſt lʒ
nõ ſit in ptãte nr̃a. Jta igit̃ licet nõ ſit in ptãte noſtra non tẽ
ptari a demone: erit ipſa tẽptatio peccatũ cum per illã diabo-
lus malũ intendat. ¶ Itẽ diabolus non põt hoiem tempta
re niſi ipꝛimẽdo aliquid in eũ: diabolus tñ nõ poteſt ipꝛime
re aliquid niſi malũ cum ſit pr̃ mẽdacij ⁊ ois mẽdacij ⁊ ois
peccati. Joan.8. ergo qñ tẽptauerit nos ſemꝑ impꝛimit aliqd̃
peccatũ. ¶ Itẽ motus partis cõcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis qñ
tẽdit in illicitũ vocatur tẽptatio ⁊ maxime motus partis cõ
cupiſcibilis: qui vocat̃ tẽptatio carnis. Et iſta tẽptatio pec-
catũ eſt vt dictum eſt. Uis tamen cõcupiſcibilis cũ ſit affixa
oꝛgano coꝛpoꝛali põt cogi ⁊ imutari per imutationẽ oꝛgani
ergo videt̃ ꝙ demõ tẽptando nos põt facere in nobis pecca
tum q: poterit imutare vim cõcupiſcibilẽ. Et ſic tẽptatio de
mõis erit peccatũ. ¶ Dicendũ ꝙ tẽptatio carnis ⁊ mũdi di
citur peccatũ vt declarabitur ĩfra in queſtione de hoc. tẽpta
tio tñ demonis nõ eſt peccatũ. Et pʒ quia xp̃s tẽptatus eſt a
demone in multis. vt pʒ.ſ̃. in lr̃a in eo tamẽ peccatũ nõ fuit
nec eſſe potuit.i. Petri.2.ſ. Qui pcm̃ nõ fecit. ⁊ Jo.14. venit
pꝛinceps huius mũdi ⁊ in me nõ habet quicq̃.i. non inue-

niet in me aliqḋ peccatū. Et magis p3 ad hebre. 4. Non. n. hēmus pontificē q non possit cōpati infirmitatibus nostris. tēptatum aūt per oia absq3 peccato. i. ꝙ in oībus tēptationibus fuit absq3 peccato. Ibi tñ fuit vera ⁊ magna tēptatio demonis ꝗ illa nō est peccatū nec est necesse ꝙ causet peccatū.
B ¶ Itē peccatū cōsistit i actu ꝓprio cuiuslibet. Et actus vniꝰ non pōt esse peccatū alterius. sicut dr̄. eze. 18. s. Anima q̄ peccauerit ipsa morieť ⁊ pater nō portabit iniquitatē filij. ⁊ filiꝰ nō portabit iniquitatē patris: tēptatio autē que a demone fit est actus ipsius demōis. s. suggestio que ab eo fit ⁊ de illa nihil est in nobis nisi ꝙ patimur illā. In tali ꝗ tēptatiōe peccatum esse nō potest nisi delectemur in illa ⁊ cōsentiamus. Et
C istud iam est in actu nostro vltra suggestiones demōis. ⁊ sic per illā nō peccatur. ¶ Item dicit Augu. ꝙ nullus peccat ꝑ id qḋ vitare non pōt: ⁊ tñ nō est in potestate hois ꝙ non tēptetur a demone: q2 ille tēptat qñcūq3 vult ⁊ demone ꝑmittitur. Ergo nō est peccatū in hac tēptatione. ¶ Itē peccatū
D cuiuscūq3 inter ipsum est. s. in aīa. qḋ autē ex̄ est pctm̄ nō est sicut xp̄s dixit. ꝟ. 15. s. Id qḋ per os intrat non coinquinat hominē: q2 qḋ per os intrat in vētrē vadit ⁊ per secessum emittitur. Que aūt de corde exeunt coinqnant hoiem. Et accipitur cor pro aīa more scripturarū. tēptatio aūt diaboli est totaliter extra hoies: iō illa peccatū non ē. Iste est modus quo ꝓbat Grego. in quadā omelia ꝙ tēptatio diaboli nō fuit peccatum in xp̄o dicens. Tēptari ꝗ per suggestionē potuit: s3 eius mentē peccati delectatio nō momordit atq3 ideo ois diabolica illa tēptatio foris ⁊ nō intus fuit. Non est ergo tēptatio diaboli peccatū aliqḋ nec est necesse sequi peccatū ex illa cu3 sit peccatū in delectatiōe ⁊ cōsensu illius. Delectať tñ ⁊ con
E sentire in illa: in ptāte nr̄a est. ¶ Ad primū dicēdum ꝙ non
ad pmū ar. est necesse ꝙ demō per tēptationem inducat peccatū in nos ⁊ cū dicit ꝙ est maioris potestatis q̄ hō dicēdum ꝙ est maioris potestatis. i. maiorū virīū ad aliqḋ faciendū vel intelligendū. Nō est tñ maior hoīe quātum ad actus liberi arbitrij q2 illi cogi nō possunt. Et sic demon per vires suas nisi a deo ꝓhibeať pōt cogere hoīes ne ad loca ad q̄ volunt ire vadāt ⁊ turbare oēs operatiōes suas exteriores. Nō tñ pōt aliqḋ sup actū voluntatis humane: q2 hoꝝ actuu3 homo dñs est. Peccatū tamē non ꝯsistit nisi in actibus liberi arbitrij. ideo quātūcūq3 demō sit potens nō potest cogere hoiem ad pec
F catum. ¶ Ad 2m dicēdum ꝙ tēptatio carnis dicit esse gra
ad scōm ar. uior inquātum est ꝓximior ipsi hoi tēptato q̄ tēptatio demonis que totaliter ab extra ē. Et q2 s̄m eā. homo quodammodo diuidiť in duo desideria. s. vnum qḋ est interioris hois ⁊ aliud exterioris qḋ non sit in tēptatiōe carnis manet aliqua ratio peccati de quo. ꝟ. diceť cū sit aliquo mō in potestate temptati ⁊ sit intra ipsu3. Temptatio aūt demōis non est intra temptatū nec est in ptāte eius: iō non est pctm̄. ¶ Ad tertiū
G dōm ꝙ l3 non sit in ptāte hois vitare omnē tēptationem car
Ad tertiu3 argu. nis: ita ꝙ nullā habeat potestatē: potest tñ vitare hāc tēptationē vel illam singulariter. Et sic de qlibet: ⁊ ita quodāmodo est in ptāte hominis vitare tēptationē carnis: qḋ non est de tēptatiōe diaboli. ¶ Ad quartū dōm ꝙ demon pōt aliqḋ
H repñtare in imaginatiōe nr̄a: ⁊ istud est imprimere aliquid
Ad qrtum argu. nobis. de quo magis. ꝟ. diceť. Et s̄m hoc tēptare nos dr̄. non tñ dicitur ꝓpter hoc imꝓmere aliqḋ pctm̄: q2 ista ipressio facta in imaginatione nō habet rōnem pcti cu3 sit in parte apprehensiua ⁊ nō in appetitu. Pctm̄ tamē in appetitu est: q2 non peccat hō per hoc qḋ malū intelligit: sed q2 aliqḋ malu3 vult. Si aūt diabolus posset pfecte in appetitu aliqḋ imprimere posset pctm̄ in nobis causare. quō tñ diabolus aliquid in nobis iprimat tēptando diceť. ꝟ. in quadā q̄one de tēptatione carnis ⁊ mūdi. ¶ Ad qntū dōm ꝙ diabolus pōt mouere in nobis partē cōcupiscibilē. Possunt tñ motus istius
I partis dupl̄r in nobis insurgere. s. ex qualitate organi vel ex
Ad qntum argu. apphensione alicuius delectabilis. De ꝑmo p3: q2 calefacto corpore insurgit i hoīe motus libidinis etiā sine aliqua imaginatiōe precedēti vel pñti. Et iste motus est purus naturalis nec h3 rationē peccati: q2 pure naturalia nec laudem nec vituperiu3 faciunt: q2 sunt oino necīa. 3. ethicoꝝ. Ad talem aūt imutationē pōt virtus demonis ex ptāte nāe sue s3 quā pōt in transmutationē rerum corpalium applicando actiua passiuis nisi a deo hoc facere prohibeať. ¶ Scōs motꝰ partis cōcupiscibil' insurgit ex apphēsione alicꝰ delectabilis: ⁊ ex ista pte appetitus concupiscibilis pticipat quādam libertatem in hoīe s̄m ꝙ pōt obedire iperio rōnis prohibētis. Et sic vocať rōnale per pticipationē. ꝑ. ethicoꝝ. in fine. hoc mō pctm̄ potest esse in cōcupiscibili. Et quātū ad h̄ diabolus nō pōt in nobis mutare partē ꝯcupiscibilē per apprehēsionem delectabilis. ad hoc qḋ feratur in illud. Et sic tēptatio sua nō pōt cāre peccatū. De hijs p3 per sanctū Tho. 2. sen. distin. 21. articulo vigesimoquarto. s. Tho.

¶ Si demones tēptantes superantur: an adhuc cessent a temptatione vel potius tēptent. Questio. LXIX.

Queritur circa demones tēptantes si supantur in tēptatiōe: an per hoc coguntř cessare postea a tēptatione: vel pñt adhuc tēptare. ¶ Aliq dicūt
Opinio quorundam ꝙ non. ꝙ per hoc demones nō coguntř cessare a tēptatione: q2 infligere penā alicui qui succūbit in pena est incitare ip3 ad acrius impugnandū. Hoc aūt non pertinet ad dei misericordiā ergo demones superati nō retroducuntř in inferno nec a tē
pª rō ptatione arcenť. ¶ Itē christus efficatius vicit suū temptatorem q̄ sancti vincant demōes se impugnātes. Lucifer ta
2ª rō men qui xp̄m temptasse diciť nō est omnino ꝑuatus officio tēptandi: q2 tēpore antichristi grauissime impugnabit sanctos. ergo supatus non arceť ab officio temptandi. ¶ Item non solū lucifer in fine seculi tēptabit homines. sed etiā ite
3ª rō rum tēptauit christum tēpore passionis. Sic dicit Theophilus. s. ꝙ nunc in deserto demon christū de voluptate tēptauerat: ⁊ tēpore passionis erat eum de tristicia tēptaturus. ergo nō arcebatur a tēptatione. ¶ Itē quāto pauciores sunt tēptatores tanto leuior est tēptatio. Cū ergo quottidie mul
4ª rō ti demones superētur in tēptatiōibus a viris sanctis si oēs qui superātur cessarent a tēptatione manerēt in fine seculi pauci demones ad officiū temptationis. ⁊ sic tēptatio esset leuissima. Tunc erit grauior dicēte xp̄o ꝙ erit tūc talis tribulatio q̄lis nūq3 fuit: ita ꝙ si non abreuiarenť dies illi non salua fieret ois caro: sed pp electos breuiabunť. ꝟ. 24. Ergo non erūt tunc pauciores demones tēptantes q̄ nūc: ⁊ pñr non arcenť a tēptatione illi demones qui supanť. ¶ Itē de
5ª rō mones sunt ordinati a deo ad nr̄m exercitiū. Si ergo a temptationis offō cessarent eēnt oino ad nihil ordinati: qḋ repugnat diuine sapie: q̄ nihil inordinatū ⁊ frustra relinqt in
A orbe. ¶ Dōm ꝙ circa hoc fuerūt opiones tres. Pria fuit ꝙ
pª opio demon supatus oino repellať a tēptatione: ita ꝙ non pōt tēptare postea eundē hoīe3 nec aliū de pctō illo in quo supatꝰ est nec de aliquo alio. Hoc vr̄ tenere Origenes dicēs. Puto
B inqt sane: q2 sancti repugnātes aduersus tēptatores ⁊ vincentes minuāt exercitiū demonū velut q̄ꝑlimos eoꝝ interimant. nec vltra fas sit illi spūi qui ab aliquo scō caste ⁊ pudice viuendo victus fit ipugnare iterū alium hoie3. ¶ Scōa
C opio est ꝙ demon supatus nō pōt tēptare ip̄m supantē nec
3ª opio aliqnē aliū de vicio in quo supatus est. Pōt tñ tēptare ip̄m ⁊ quoscūq3 alios de aliquo vicio in quo a nullo supatus fuerit. Istas duas opi. ponit magr̄ in lr̄a. ¶ Tertia opi. est ꝙ ex quo aliqs demonē perfecte de vno vicio temptantē vicit non pōt de eodē vicio ab eo tēptari: sed pōt de quolibet alio ipse tñ demon pōt quoslibet alios hoies tā de isto q̄ de alio temptare. ¶ De hac opinione dicit scūs Tho. ꝙ h3 causam magis manifestā: q2 ille dr̄ perfecte diabolū vincere de aliq vicio in quo oino vincuntur passiones ad viciū illud declinātes. Sic est in illis in qbus acqriť hitus ꝯsuetudinalis: ⁊ tunc nō remanet magna ꝓbitas. Et ideo a diabolo non tēptatur de hoc peccato: q2 vires eius circa h̄ cognoscit. Aliarum aūt opinionū ratio esse pōt: q2 cū charitas bona opa cōmunia faciat in tota ecclīa ex victoria vnius oēs reportant aliqḋ cōmodū. s. ꝙ hostes eoꝝ minuanť. Dicit tñ scūs Thomas ꝙ quis istoꝝ verius sit incertū est: q2 nec rōne nec auctoritate ꝯfirmari pōt. de hijs idē scūs Tho. 2. sen. di. vj. arti.
D v. ¶ Quarta autē opi. que circa hoc ꝓbabilior esse videtur
4ª opio ꝙ diabolus superatus ab aliquo possit tēptare alios homines: sed nō istum: ⁊ hoc nō semper: sed vsq3 ad aliqḋ tēpus. Et post istud tēpus iterū possit tēptare. Sic diciť Luc. 4. ꝙ diabolus cōsumata omni tēptatione recessit a xp̄o vsq3 ad tp̄s. i. non dimisit illum simpliciter: sed post aliqḋ tēpus redijt: q2 tēpore passionis redijt ad tēptandu3: vt ait Theophilus. s. Temptauera t diabolus christū de voluptate in deserto. ⁊ recessit ab eo vsq3 ad tēpus crucis in quo eū erat de tristicia tēptaturus. Est autē veru3 ꝙ illa nō fuit tēptatio proprie dicta, put est suggestio diaboli ad malū: s3 fuit apta persequutio

ſequtio.ſ.incitando iudeos ꝯ xp̄m. ſic dicit Ambro. ſup Lucam.ſ. Diabolus audito dei noīe receſſit vſq ad tp̄s. poſtea enī nō temptaturus: ſed apte pugnaturus aduenit. ¶Cā aūt quare diabolus non tēptat vſq ad tēpus cū a quo ſupatus eſt poteſt eſſe duplex. ¶Prima ex pte diuine clemētie: q2 non permittit tēptare diabolū quādiu vult. Sic ait Chriſoſto. ſuper mat.ſ. Non tādiu hominē dei diabolus temptat quādiu vult: ſed quādiu deus pmittit. Qui ꝛ ſi pmittit pauliſper tēptare tamē repellit pp infirmā nām. ¶Scđa rō eſt ex aſtutia diaboli: q2 ēt ſi permitteretꝛ tēptare eundē nō auderet vſq aliquātū tēpus: q2 erubeſcit ſepe vinci ab eodē homine. ſic dicit Ambro. ſup Lucā.ſ. Uides ḡ ipm diabolū non eſſe in ſtudio pertinacē: cedere ꝯ ſolere virtuti. Et ſi inuidere non deſinat tñ inſtare formidat: q2 frequētius refugit triūphari: qđ tñ diabolus redeat ad illū a quo ſuperatus eſt vel de cuius domo excluſus eſt colligitꝛ ex verbis eius. Ī. 12. ꝛ Luc. xi.ſ. reuertar in domū meam vnde exiui. De hꝯ.ſ.

F Opinio ſcđā p̄ rō: Tho. p̄. parte ſum. q. 114. articu. 5. ¶Aliq aūt dicebant ꝙ non deberet tēptari amplius hō a demone ſupato a ſe: quia a iudice iuſto dꝫ cōſtitui equalis cōditio pugnātiū. Sꝫ dmones vincentes nos minuūt aliquos de exercitu nr̄o. ergo ſi homo vincat demonē dꝫ minuere exercitū demonū.ſ. faciendo ꝙ ille amplius non tēptet.

2a rō: ¶Itē hoc ptinet ad iuſticiā humanā que pugilē victū ad pugnā vlterius nō admittit.

G ad pmū argu.: ¶Dōm ad pmū ꝙ equalis ꝯditio eſt. Nā eo modo quo demones minuūt exercitū nr̄m nos minuimus exercitū ſuū. Si.n. homo ſuperetꝛ a demōe non manet victus pro ſemp: ſꝫ ſolum pro tūc. Unde pōt iterū in ſilī vicio vincere demonē a quo victus fuerat vel quēcūq aliū cū per victoriā iſtā de demone nō redatꝛ homo cōfirmatus. ꝛ ſic videretꝛ aliqualr irrōnabile ꝙ demon ſemel victus arceatꝛ in perpetuū a temptatione ꝙ̄tum ad iſtū vel quātū ad alios hoīes.

H ¶Ad 2m dōm ꝙ licet per ꝯſuetudinē certaminis pugil ſupatus non pmittatꝛ iterū pugnare durante iſto certamine: in alio tamē certamine poſt tp̄s pugnare pōt. Et ſic demō ſupatꝯ lꝫ pro aliquo tēpore impediatꝛ tēptare eū a quo ſupatus eſt. tamen

I poſt tp̄s iterū temptare pōt. ¶Ad argumenta pbanda ꝙ demones ſupati nullo modo ipediantꝛ temptare. reſpōdēdū eſt ad primū: ꝛ dicendū ꝙ volūtas demonū cum ſit in malo obſtinata ſemp manet in eadē obſtinatione ad nocendū hominibus. Quia vt ait Ambroſi. ſuper Lucā demon inuidere nūꝙ deſinit: ꝛ ideo magis pdeſt ꝙ remoueātur a pugna q2 per h poteſtas impugnādi cōpeſcitur quoꝝ iniqua volū-

K ad 2m argu.: tas nec minuitur nec augetur. ¶Ad ſcđm dōm ꝙ iſtud argu. ſolū militat ꝯ primā ꝛ ſcđā poſitionē non tñ ꝯtra tertiā nec quartā que ſunt veriſimiliores: maxime ꝯtra quartā que tenenda vꝫ. Nā iſte ꝯcedunt demones ſemel victos poſt tp̄s redire ad tēptationē. Etiā prima ꝛ ſcđa poſitio ad h ꝙ vere ſint debent hēre iſtā modificationē. Et ita modificat eas ſanctus Tho. vbi.ſ. ꝛ tunc ꝯ nullam eaꝝ militat argumētum.

L Ad 3m argu.: ¶Ad tertiū eodē modo ꝯcedendū eſt: q2 pbat ꝙ victꝯ poſt tp̄s redire poſſit. Uerū eſt aūt ꝙ illa ipugnatio quam diabolus fecit xp̄o tēpore paſſionis nō fuit pprie tēptatio: ſed bellum manifeſtū. vt ait Ambro. ſuper luca. ꝛ ſic diabolus nūꝙ

M ad 4m argu.: rediit ad tēptandū iterum xp̄m. ¶Ad quartū dici pōt vno mō ꝙ ſi demones ſupati in ppetuū arcerentꝛ a tēptatione ſequeretꝛ arg.ſ. ꝙ eſſent pauci in fi. ſeculi. Et tñ ſolū arcētur ad tp̄s manebunt tot tēptatores in fine ſeculi ſicut nunc. Et ſic non minuetꝛ tēptatio. Alr pōt dici ꝙ ēt ſi quilibet ſupatus arceretꝛ in perpetuū ad tēptatione: ꝛ manerent pauci dmones in fine ſeculi. dū tñ aliq eēnt poſſent facere maiorē temptationē ꝙ̄ nunc. Nam nūc nō tēptat quātū pñt: ſed ſolum quātum pmittunꝛ. Si aūt iuxta vires ſuas tēptare permitterentur forte plus temptarent decem demones ꝙ̄ temptētur mille. Patet ſuppoſitum: q2 ſicut demon non permittitꝛ temptare quādiu vult. ſed ſolū quādiu deus vult: vt ait chriſoſto. ſup mat. ita non permittitꝛ tēptare quātū acriter vult. ſed quātum deus voluerit ſicut ipſe viderit nos poſſe ſuſtinere iuxta menſurā grē quā nobis largitur. p̄. corin. 10.ſ. fidelis eſt deus qui nō pmittet vos tēptari vltra id qđ poteſtis.

N ¶Itē pꝫ q2 in fine ſeculi. nemo ponit plꝰes demones tēptatores ꝙ̄ nunc: lꝫ multi ponant pauciores. Cōſtat tñ temptationem illā futurā maiorē ꝙ̄ iſtā: ergo demones nō temptāt

O Ad 5m argu.: nunc quātum pñt. q2 al's non eſſet maior tūc ꝙ̄ nūc. ¶Ad quintū dōm ꝙ lꝫ aliqui demones ceſſarent tēptare non pp hoc erant oīno ordinati ad nihil: q2 manent ſemp ordinati ad penā per pctm̄ ſuū. vt ipſi ſemp in inferno puniantur ꝛ dānatis penas infligant. Qđ aūt demones tēptent hoīem non eſt ex dei ordinatione: ſed ēt ex eoꝝ iniqtate ꝛ pmiſſiōe dei: ideo lꝫ oēs demones tēptare ceſſarent non tollebatꝛ aliquid de ordine diuine diſpoſitionis.

¶An homo debeat optare temptationē: aut ſit fugienda temptatio. Queſtio. LXX.

K ligere eandē rez: qꝛ cognitio vnius poterit eē limpidioꝛ de ea
dez re q̄ꝫ cognitio alterius. ¶Ad 3$^{m}$ dōm ꝙ q̄ꝫuis in intel-
lectu: vniuſ ſcti nō fit exp̄ſſioꝛ ſil'itudo dei per q uā ip̄m intel
ligit q̄ꝫ in intellectu alteriꝰ: qꝛ oēs eū per eēntiā vidēt: quia
tñ intellectus vnius p̄fectius ſubſtat ⁊ coaptat̄ ip̄i eēntie di
uine in q̄ꝫtum eſt forma itelligibilis q̄ꝫ intellectus alterius
vnus magis itelligit q̄ꝫ alius. ¶Ad 3$^{m}$ dōm ꝙ intētio ſcōꝫ
L quā aliqd dr̄ magis ⁊ minus nō ſolū cātur per receſſuꝫ a cō
trario ſed ēt per acceſſum ad terminū. Sicut pꝫ in viſione lu
cis corꝑalis: ſic ēt lumē ſpūale intēditur magis in vno bea-
toꝝ q̄ꝫ in alio. Lux eni nālis nō hꝫ aliqḋ ꝯ̄rium poſitiuuꝫ iō
nō pōt eſſe lux maioꝛ vel minoꝛ per receſſum a ꝯ̄rio: ſed per
acceſſum ad terminū. Ita etiā lumē intellectuale nō hꝫ cōtra
rium ſꝫ eſt maius ⁊ minus per acceſſuꝫ ad terminū p̄fectio-
nis ſue. i. per maioꝛē aſſimilationem ad deum qui eſt ſup̄ma
lux imo eſt ipſa lux per eēm. p̊a ioā. j. Deus lux eſt ⁊ tenebꝛe
M non ſunt in eo vlle. ¶Ad 4$^{m}$ dōm ꝙ cū dr̄ oēs ſci videbūt
deum ſicuti eſt illud ſicuti pōt iportare modū qui eſt ex par
te rei viſe vel ex parte vidētis. Primo mō verū eſt qꝛ qlꝫ bea
tus videbit dñꝫ eſſe per illū modū per quē eſt ⁊ nō erit in eo
aliqs modꝰ quē qlꝫ btūs nō videat. Scōo mō nō eſt verū qꝛ
non videbit qlibet deū ſicuti eſt. ſ. ꝙ nō ſe hēbit hō in viden
do ſicut deus in eēndo: qꝛ deus eſt infinitus ⁊ infinite: ⁊ tñ
nullus cognoſcet eū infinite lꝫ quilibet cognoſcat eū eē ifini
tum: etiā deus eſt ſūme cognoſcibilis nemo tñ eū cognoſcet
ſūme. i. per altiſſimā viā cognitionis. Quilꝫ tñ ſcit eē eū ſum-
me cognoſcibilē. Et ſic nullus modus eēndi erit dei quez nō
cognoſcat qlꝫ btūs: cū illi modi vt ſe tenēt ex pte dei nō vocā
tur ꝓpꝛie modi ſꝫ magis obm̄ cognoſcibile. Nemo tñ habe-
bit illos modos in cognitiōe ſua quā deus hꝫ in eēndo ⁊ iō
vnus pōt magis accedere ad illos modos q̄ꝫ alius: vt ſe te-
nent ex parte cognitiōis. ſ. qꝛ lꝫ nemo deū cognoſcat infinite
vnus tñ magis accedet ad iſtā p̄fectionē infinitatꝭ q̄ꝫ alius ⁊
ſic qlibet cognoſcet deum ſicuti eſt: ⁊ tñ vnuſ magis alio.
N ¶Ad 2$^{m}$ dōm ꝙ videre deū per eēm eſt p̄fectiſſimꝰ modus
cognoſcēdi ſm genus cognitiōis: ⁊ tñ intra iſtud genꝰ pōt
vna cognitio eē p̄fectioꝛ alia ſicut nullū aīal eſt p̄fectius ho-
mine. ſ. in ſpē: ⁊ tñ vnus hō ē p̄fectioꝛ alio itra eandē ſpēm.
¶An vidētes diuinā eēntiā ꝑ ip̄am videāt oia. Q. XLIIII

Queritur an vidēteſ diuinā eēntiā per ip̄aꝫ vide
ant oia. ¶Dicūt aliq ꝙ ſic: qꝛ vt dicit
Iſido. in lib. de ſūmo bono angeli in v̄bo oia ſciunt ſꝫ ſci erūt
Opio aliq-rū ꝙ videntes diuinaꝫ eēntiā oia vidēt ꝑ ip̄ā eq̄les angelis. Luc̄. 20. ergo ipſi videbūt oia in v̄bo. ¶Item
grego. 4. dialo. dicit ꝙ illic oēs cōi claritate deū cōſpiciūt qd
eſt qḋ ibi neſciāt vbi ſciētē oia ſciūt. Et dī de btis qui vident
deū per eēntiā: g̊ vidētes deū per eēntiā oia cog̊ſcūt. ¶Itez
dr̄. 4. de aia. Intellectus cū itelligit magis maxima pōt intel
Prima rō. ligere minima: deus aūt eſt maximū itelligibile g̊ maxime au
2a rō. get virtutē itellectꝰ: i itelligēdo ⁊ ſic intellectuſ eum videns
3a rō oia videbit. ¶Itē intellectus nō ipedit̄ ab itelligēdo aliud
4a rō niſi inq̄ꝫtū illud ſuperat ip̄m. Sed nulla creatura ſuperat in
tellectū vidētē deū: qꝛ vt dicit Grego. 2. dialo. Aie vidēti deū
anguſta fit ois creatura: g̊ videns deū omnia videre poterit.
5a rō ¶Itē ois potētia paſſiua que nō eſt reducta ad actū eſt im-
perfecta: ſed itellectꝰ paſſibilis eſt in potētia ad cog̊ſcēdū oia
vt dr̄. 3. de aia. ſ. itellectus paſſibilis eſt quo eſt oia fieri: ⁊ itel
lectus agēs quo eſt oia facere. Si g̊ vidētes deū nō viderēt
oia adhuc maneret eis potētia ad aliqd ⁊ deſideriū: ⁊ ita eſ-
6a rō ſent iperfecti: qḋ eſt abſurdū. ¶Itē qui videt ſpeculū videt
ea que in ſpeculo repꝛeſentant̄: qꝛ ip̄m ē rō ⁊ ſimilitudo om-
7. rō. niū. Scti g̊ qui vidēt deū per eēntiā que eſt ſpeculū oiuꝫ reꝝ
cū in ea ſint oia videbūt oia. ¶Itē dī ꝓuer. 12. deſideriū ſuū
iuſtis dabit̄ ſꝫ ſci deſiderant ſcire oia qꝛ oēs hoies nāl'r ſcire
deſiderāt: ⁊ iſtud deſideriuꝫ nō tollit̄ per gl'iam: ergo opꝫ ꝙ
ſancti cognoſcāt oia. ¶Itē ignoꝛātia eſt q̄dā penalitas: ſed
8. rō. oēs penalitates tollentur a ſcis per gl'iam: g̊ etiā ignoꝛantia
ſed ſi neſcierint oia adhuc manebit quedā igꝛātia: g̊ oia ſciēt

¶Itē btītudo ſcōꝝ per pꝛius eſt in aia q̄ꝫ in coꝛpe ſꝫ coꝛꝑa
ſcōꝝ cōfoꝛmabunt̄ coꝛpi xp̄i in gl'ia ad Philip. 3. g̊ aie btoꝝ 9. rō.
cōfoꝛmabunt̄ aie xp̄i. Sed aia xp̄i videt oia in v̄bo g̊ ſinguli
bti videbunt oia in v̄bo. ¶Itē tā ſenſus q̄ꝫ itellectꝰ cog̊ſcūt
oia illa quoꝝ ſimilitudinibꝰ infoꝛmat̄ ſed diuina eēntia ex-
pꝛeſſius indicat quālibet rem q̄ꝫ q̄cunq̄ꝫ alia ſil'itudo illius 10. rō
rei. Cū g̊ in gloꝛia ip̄a eēntia diuina efficiatur q̄ſi foꝛma itel-
ligibilis itellectꝰ nr̄i neceſſe eſt ꝙ ſci vidētes deū omnia vide
ant. ¶Itē dicit cōmētatoꝛ. 3. de aia ꝙ ſi itellectꝰ agēs eēt itel
lectus potētialis ꝙ itelligeremus oia: ſꝫ diuina eē clarius re 11. rō
p̄ſentat oia q̄ꝫ itellectus agēs g̊ per eēm diuinā vidētes deū
cognoſcēt oia. ¶Itē angeli iferioꝛes qꝛ nūc neſciūt oia illu- 12. rō.
minātur a ſup̄ioꝛibꝰ de rebꝰ ignotiſ poſt diem aūt Iudiciȷ̈ vnꝰ
angelus nō illuminabit aliū qꝛ ceſſabit ois p̄latio vt dī i glo.
j. ad coꝛ. 15. ergo poſt diem iudiciȷ̈ angeli minoꝛes ſcient oia ⁊
eadē rōne ſciēt illa oēs vidētes deū nā in btitudine eq̄les an
gelis erimus Luc̄. 20. ¶Dōm ꝙ vidētes deū nō ſciūt oia ex A
hoc ꝙ deū vidēt. Dicit eni Dio. lib. de cele. Ierar. c. 6. ꝙ ſupe
rioꝛes angeli purgāt iferioꝛes ab ignoꝛātia vel neſcia: ange
li tamen inferioꝛes vident diuinam eſſentiam ergo videns
diuinam eſſentiam pōt aliqd ignorare: aia tamen non videt
deum p̄fectius q̄ꝫ angelus: ergo ſci vidētes deū nō videbunt 2. rō. B
oia. ¶Itē ſolus xp̄s accepit ſpiritū nō ad mēſurā. Ioā. 3. ſed
xp̄o in q̄ꝫtū hꝫ ſp̄m non ad mēſurā cōpetit ꝙ oia in v̄bo cog̊-
ſcat. Naꝫ dr̄ ibidē ꝙ pr̄ oia dedit ei in manus nulli g̊ aliȷ̈ cō-
petit videre oia i v̄bo niſi xp̄o. ¶Itē q̄ꝫto aliq̄d p̄ncipiū per
fectiꝰ cognoſcit̄ tāto plures eius effectꝰ cognoſcunt̄ per ip̄m 3. rō. C
ſed qdā de videntibꝰ deū per eēntiā cognoſcūt eū p̄fectiuſ q̄ꝫ
aliȷ̈: ipſe aūt eſt p̄n$^{m}$ oium reꝝ ergo quidā bti plura q̄ꝫ aliȷ̈ co
gnoſcēt: ⁊ ſic nō videbit quilꝫ oia. ¶Conſiderandū ꝓ hꝰ ꝙ D
deus cog̊ſcendo eēntiā ſuā cognoſcit oia q̄ ſunt ⁊ fuerunt ⁊
futura ſunt. Et iſta vocat̄ notitia viſionis qꝛ ē ad ſil'itudinez
viſionis coꝛꝑalis. Nā ſicut res nō vr̄ niſi pn̄s ita deus cog̊-
ſcit oia iſta tanq̄ꝫ pn̄tia ſibi. Nam lꝫ illa in naturis ꝓpꝛiȷ̈ſ nō
ſunt pn̄tia ſm cōditionē tp̄iſ deo tñ ſunt pn̄tia qꝛ nō ſunt ab
eo elōgata. Ip̄e nāq̄ꝫ per cōditionē eternitatis ſue oia cōple-
ctitur ita ꝙ nihil ſibi abn̄s eſt. Deus ēt vidēdo eēm ſuā cog̊-
ſcit oia que facere poteſt q̄ꝫq̄ꝫ nunq̄ꝫ illa fecerit nec facturuſ
ſit. Et hꝰ pꝫ qꝛ q̄cunq̄ꝫ cognoſcit p̄fecte aliquā potētiā cogno
ſcit q̄ꝫtū eſt qḋ illa pōt facere cū virtꝰ potētie ſit reſpcū effectꝰ
ꝓducibil'. Si g̊ manēnt aliqui effectꝰ poſſibiles adhuc inco
gniti non eēt cognita plene illa pō. ſ. q̄ꝫta ſit. Deus tñ cogno
ſcit ſe p̄fecte qꝛ al's nō eēt felix g̊ ſcit q̄ꝫtum eſt qḋ ipſe facere
pōt. Iſta aūt poſſibilia ſunt ifinita qꝛ cū pō dei op̄atiua ſit in
finita non finiet̄ per actus finitos ita ꝙ ſit tota exhauſta qꝛ
tunc finita eēt: ſed ſemꝑ poterit in plura ⁊ plura ⁊ ſic ibitur
in infinitū: erūt ergo ea q̄ deus pōt infinita ⁊ oia illa deꝰ cog̊
ſcit. ¶Sed obȷ̈ciet̄ ꝙ nō ſint illaꝫ poſſibilia cognita: qꝛ qḋ
cognoſcit̄ determinat̄ per intellectū: ⁊ ſic iaꝫ nō eſt infinituꝫ
cū ſit aliqd certū. ¶Dōm ꝙ id qḋ per intellectū determina E
te cognoſcit̄ neēe eſt eē finitū ſi itellectꝰ ſit finitus cū intelle
ctus nō poſſet aliqd maius ſe cōp̄hēdere. Si tñ intellectus
ſit infinitꝰ poterit determinate cog̊ſcere infinita. Et ꝓpt̄ hoc
res cognite nō recipiūt in ſe aliquā limitationē: ſꝫ ſolū in co
gnoſcēte in quo bene capiunt̄. Et nō ꝑꝑ hoc fiunt finita qꝛ
ille qui capit ifinitꝰ eſt. Et ſic nō eſt icōueniens deus actua-
liter cognoſcē infinita ꝑꝑ ifinitatē ſui intellectꝰ. Et ſic eſt de
oibꝰ poſſibilibꝰ a deo fieri que ſunt infinita: ⁊ iſta vocat̄ no-
titia ſimplicis itelligētie ⁊ nō viſionis. ¶Ratio dr̄ie eſt qꝛ F
id qḋ vr̄ eſt tanq̄ꝫ pn̄s: res aūt eſt pn̄s in q̄ꝫtū eſt: ⁊ qꝛ oia p̄-
ſentia p̄terita ⁊ futura a deo eē recipiunt ⁊ nihil ab eo elon-
gatū eſt: dicūtur p̄ſentia ⁊ per hoc dn̄r videri. Res aūt poſſi-
biles fieri a deo q̄ nunq̄ꝫ fient nō accipiēt eē aliqḋ a deo ideo
nō pōt hr̄e rōnē p̄ſentialitatis cū hoc fit per eē qḋ habꝫ res
qḋ aūt non pōt eē pn̄s nō pōt videri iō poſſibilia nō dicūtur
a deo videri ſed cognoſūt notitia ſimplicis itelligētie ideſt
ꝙ illa nō hꝫ aliq̄d eē niſi intelligibile cum deus nunq̄ꝫ dabit
eis eē reale: iō reſpcū illoꝝ ē ſimplex itelligētia. i. ſolū itelligē
et non v̄tus op̄atiua ſꝫ quā deus illis aliq̄n eē tribuat. Que
aūt pn̄tia, p̄terita ⁊ futura ſunt cognoſcunt̄ qdē a deo per in
telligentiā ſed nō per ſimplicē itelligētiā. i. ſolā cum reſpectu
illoꝝ deus nō hēat ſolū itelligere ſꝫ etiā efficere iō pꝛopꝛie dr̄
illa cognoſci notitia viſionis. ¶Impoſſibile eſt autē ꝙ ali- G
quis itellectus creatꝰ vidēdo diuinā eēntiā cognoſcat oia q̄
deus facere pōt. Qꝛ quāto aliq̄d p̄ncipiū p̄fectius cognoſci
tur tāto

tur tãto plura ſciũtur in ipſo. Sic.n.in vno demonſtratiõis
pñ°. ille q eſt pſpicacis ingenij plures concluſiões videt q̃z
alius q eſt tardioris ingenij. Cũ ḡ quãtitas diuine potentie
An bti videãt i deo oia pñtia p̃terita ꝛ futura attendat ẜz ea q̃ deus facere põt eadẽ eſſet quãtitas pfectio
nis in itelligendo q̃ eſt quãtitas potentie in pducendo effe
ctus: ꝛ ita cõprehenderet diuina eſſentia: qđ eſt ipoſſe itelle
ctui creato. Illa aũt q̃ deus cognoſcit noticia viſiõis aliqs i
tellectus creatus cognoſcit in v̾bo.ſ.aia xp̃i. ¶ De alijs aũt
vidẽtibus deũ eſt duplex opio. ¶ Quidaꝫ dicunt ꝙ oẽs vi
dẽtes deũ per eſſentiã vidẽt oia que deus videt noticia viſio
nis. Hoc tñ repugnat dictis ſanctoꝝ q aſſerũt angelos aliqd
P ignorare: cõſtat tñ ẜm fidẽ oẽs angelos videre deũ per eſſen
tiam. ỉ. xviij. c. angeli eoꝝ ſemꝑ vident faciẽ patris mei. ꝛ tñ
videre faciẽ dei eſt videre euꝫ clare qđ eſt videre ꝑ eſſentiam.
¶ Alij aũt dicũt ꝙ alij beati p̃ter xp̃m quãuis videãt deum.
per eſſentiã nõ vident oia q̃ deus videt: eo ꝙ eſſentiã diuinã
I non cõprehendũt. Nõ ẽ tñ neceſſe ꝙ cognoſcẽs cãm cogno
ſcat oẽs effectus ei⁹ ꝛ maxime effectus poſſibiles niſi totam
virtutẽ cauſe cõprehẽdat qđ non cõpetit intellectui creato.
Et ideo vnuſquiſqꝫ videntiũ deũ per eſſentiã tanto plura in
eius eſſentia cõſpicit quãto clarius diuinã eſſentiã intuetur
ꝛ inde eſt ꝙ vnus beatus põt inſtruere aliũ q2 qlibet põt in
ſtruere aliũ de notis ſibi ꝛ ignotis illi. Quilibet tñ beatus ſi
cut hꝫ magis de lumine glorie ita pfectius cognoſcit deum
põt ḡ inſtruẽ aliũ q tãta cognoſcere nõ p̃t ꝑꝑ minoritatẽ lu
K minis glorie. ¶ Et ſic dr̃ cõiter ꝙ in angelis ꝛ in beatis põt
augeri ſcia vſqꝫ ad diẽ iudicij ꝛ ẽt alia ptinẽtia ad premium
accidẽtale: ſed poſt diẽ iudicij nõ erit pficere q2 ibi erit ſtatus
rerũ. Et de illo ſtatu dicũt doctores ꝙ poſſe erit ꝙ oẽs beati
cognoſcãt oia tũc que deus cognoſcit noticia viſiõis. De hijs
L ſanctus Tho. iiij. ſen. di. xlix. q. vij. arti. 5°. ¶ Aliter põt dici
circa cognitionẽ beatoꝝ ꝙ ipſi videntes deũ cognoſcunt ſi
mul oia. ſ. diuina nãlia vt gña ꝛ ſpẽs ꝛ cõditões ꝛ ordies ip
ſoꝝ ꝛ cetera q̃ ad h̾ ptinẽt non tñ cognoſcũt ſimpliciter oia
ſiue oia q̃ de⁹ cognoſcit. ¶ Primuꝫ pꝫ q2 qñ hõ pueñerit ad
Videntes deũ cognoſcunt ſimul oia nãlia finem vltimũ appetitus eius quieſcit. Ideo appetitus itel
lectiuus ſb̾e vidẽtis deũ neceſſario quieſcit cũ illa viſio ſit vl
timus finis. eſt tñ nãlis appetitus itellectus humani vt co
gnoſcat oium rerũ gña ꝛ ſpẽs ꝛ virtutes ꝛ totũ ordinẽ vni
uerſi qđ apparet ex ſtudio humano circa oia iſta. qlibet er
go deum videns oia iſta cognoſcet q2 alias nõ quietaretur.
¶ Itẽ ſenſus ꝛ itellectus differũt in h̾ q2 ſenſus qui cogno
uit magna ſenſibilia debilitat per h̾ vt poſtea minora cogno
p̃ma rõ ſcere nõ poſſit. ſ. q2 paſſio facta ab illis nõ imutat ſenſum aſ
ſuetũ imutari a magnis. Intellectus aũt non corrũpit ꝑ ma
gna intelligibilia: q2 ẽt ſi magna intellexerit põt poſtea ꝑua
M intelligere. In q̊ eſt ſignũ ꝙ non debilitat intellectus a ma
2ª ratio gnis intelligibilibus ẜz cõfortat. de hoc pꝫ. iij. de aia. ſũmum
aũt in gñe intelligibiliũ eſt diuina ſb̾a: intellectus ḡ q per lu
mẽ glorie eleuat ad vidẽdum diuinã ſb̾am multo magis eo
N dem lumine pficiet ad intelligendũ oia alia q̃ ſunt in rerum
3ª rõ nã. ¶ Itẽ eſſe intelligibile ẽ maioris ambitus q̃z eẽ nãle. In
tellectus.n.natus ẽ intelligere oia q̃ ſunt in rerũ nã. Intelli
git etiã quedã q̃ non hñt eſſe nãle ſicut negatiões p̃uatiões
ꝛ quecũqꝫ alia reqrunt ad pfectionẽ eſſe intelligibilis: que
cũqꝫ ḡ eſſe reqrunt ad eſſe nãle reqrunt ad pfectionẽ eſſe i
telligibilis ꝛ etiã multo plura. Perfectio aũt eſſe intelligibi
lis eſt in intelligibili vel in itellectu. cũ ḡ intellectus puene
O rit ad ſuũ vltimũ fineꝫ habebit pfectionẽ in eſſe intelligibili.
4ª rõ Ideo oia q̃ deus pduxit ad eſſe vniuerſi itelliget. ¶ Item in
vidẽtibus deum lꝫ vnus pfectius alio videat qlibet tñ videt
ita pfecte ꝙ tota eius capacitas ipletur. Nãlis ãt capacitas
eſt vt hõ intelligat oia nãlia. cũ ḡ quilibet vidẽs diuinã eſſen
tiam videat oia ad q̃ ſe extẽdit ſua capacitas ꝛ ipſa ſe exten
dit ad oia gña rerũ ꝛ ſpẽs ipſoꝝ ꝛ ordines qlibet vidẽs deũ
iſta videbit. ¶ Et de h̾ dicũt intelligi illud exo. xxxiij. cũ de⁹
dixit Moyſi. Ego oſtendã tibi oẽ bonum. ſ. bonũ nãle qđ eſt
bonũ creatum. De hoc etiã intelligũt dictũ Grego. ſ. Quid ẽ
qđ non videãt q videntẽ oia vident. ſ. oia q̃ pertinẽt ad pfe
P ctionẽ vniuerſi. q2 etiã iſta ptinẽt ad pfectionẽ eſſe intelligi
bilis. Vñ Aug. ſuꝑ geñ. ad lr̃am dicit. Quecũqꝫ facta ſunt ꝑ
dei verbũ vt in ipſa nã ſubſiſterẽt fiebãt in intelligẽtia ange
lica vt ab angelis intelligerent. De pfectõe autẽ eſſentie nã
lis ſunt nãe ſpecierũ ꝛ eaꝝ ꝓprietates ꝛ virtutes ad nãs. n.
ſpẽruꝫ intẽtio nãe fertur. Indiuidua aũt ſunt ꝑꝑ ſpẽm vt i il

lis conſeruet: q2 quiditas ſpeciei nõ põt in ſe ipſa exiſtere in
rebus cõpoſitis cũ nõ ſit forma ſimplex ſed dicit ẽt mãm. iõ
ꝑ ꝯctionem forme in mã efficit indiuiduũ. Pertinet ergo ad
pfectionẽ ſb̾e intellectualis vt oium eoruꝫ ſpẽs ꝛ virtutes ꝛ
ꝓpria accidẽtia cognoſcat. Hoc igit in finali beatitudine cõ
ſequet per diuine eſſentie viſioneꝫ: vt ꝛ ẽt hẽat cognitionem
ſpẽrũ ꝛ per ſpẽs cognoſcãt indiuidua ſub ſpeciebus exiſten Q
tia. Et hoc qlibet vidẽs deũ hẽbit. ¶ Hoc mõ ante diẽ iudi
cij nõ erit neceſſe ꝙ beati cognoſcãt oia q̃ deus cognoſcit ꝑ
noticiã viſiõis cum multa adhuc ſint futura q̃ nõdum perti
nẽt ad pfectionem vniuerſi ꝛ illa poterũt ignorari. poſt iudi
ciũ aũt iam oẽs res erũt pñtes aut p̃terite. futurũ autem ꝓ
prie nihil erit q2 oẽs res manebũt in eternũ in ſtatu illo qui
eis illa die datũ fuerit. Et tunc dõm erit ꝙ beati poſt iudiciũ
cognoſcent oia q̃ deus cognoſcit noticia viſiõis: q2 illa noti
cia eſt de p̃ſentibus p̃teritis ꝛ futuris. beati aũt p̃terita ꝛ p̃
ſentia ſciebãt futura aũt ſola ignorabãt ꝛ q2 iam nihil futu
rũ manet nihil eſt qđ eos latere poſſit. ¶ Et h̾ eſt qđ ſanctus
Tho. dixit. ſ. ꝙ oẽs beati poſt iudiciũ cognoſcent oia q̃ deus
cognoſcit noticia viſiõis lꝫ nõ ante iudiciũ. Hoc eſt ẽt qđ cõi
ter dr̃. ſ. vſqꝫ ad diẽ iudicij pficiet ſciẽtia angeloꝝ ꝛ beatorũ
poſtea vero nõ. ſ. q2 ante iudiciũ ſemꝑ eſt aliud futuꝝ ꝛ quã
tũ ad cognitionẽ illius pficiunt beati poſt iudiciũ aũt nihil
erit futuruꝫ: ideo nihil erit de q̊ eis noua cognitio accreſcere R
poſſit. ¶ Scdõm erat ꝙ beati nõ cognoſcũt ſimpliciter oia ſi bti non cognoſcũt oia
ue oia que deus cognoſcit. ¶ Et h̾ apparet p̃mo quãtuꝫ ad q̃ de⁹ cogno
poſſibilia q̃ de⁹ facẽ põt ꝛ nõ fecit nec vnq̃z facturus ẽ. Hec ſcit.
enim oia cognoſci non pñt niſi virtus cauſe cõprehenderet
q2 tanta ẽ potẽtie virtus quãta ẽ extẽſio effectuũ poſſibiliũ
pduci ab illa. Qui ḡ oẽs iſtos cognoſceret potentiã ipſaꝫ to
taliter cognoſceret: ꝛ ſic cõprehenderet qđ non eſt poſſibile prima ratio
alicui itelligibili creato cũ tãta ſit ei potentia quãta eſſentia
. ſ. vtraqꝫ infinita. Hoc eſt qđ dr̃ Iob. xj. forſitã veſtigia dei cõ
prehendes ꝛ oipotentẽ vſqꝫ ad pfectũ reperies. q. d. reperiri
põt ſed nõ vſqꝫ ad pfectũ. i. oino qđ eſt ꝑ modũ cõprehenſio
nis. Et ſubdit ibi cã excelſior celo ẽ ꝛ quid facies? Profun
dior inferno ꝛ nõ cognoſces. lõgior terra mẽſura eius ꝛ la
tior mari. Hec tñ non dñr de deo ad lr̃am q̃ſi in eo ſint iſte di
mẽſiones. ſed ꝑ hec negat limitatio eſſentie ꝛ virtutis ei⁹. ſ.
ꝙ quãto magis intelligit tãto magis intelligi põt q2 adhuc
manet ẜm qđ poſſet intelligi ꝛ quãto plura fecerit tãto plu
ra facere põt. ¶ Scdõ pꝫ h̾ in rebus factis quãtũ ad rõnes S
eaꝝ q2 lꝫ oẽs res factas a deo cõprehendere poſſit itellectus ſecũda rõ
eleuat⁹ ꝑ lumẽ glorie oẽs tñ rõnes ipſarũ cõprehendere nõ
põt: q2 iſte rõnes ſunt ẜm diuinã bonitatẽ ordinãtes res i fi
nes ſuos ꝛ vltimate in ſeipſaꝫ: ꝛ q2 oẽ bonum eſt appetibile
ꝛ põt hr̃e rõneꝫ finis nõ põt aliqs cognoſcere oẽs rõnes re
rum factarũ niſi cognoſcat totaliter diuinã bonitatẽ: cũ ipſa
diuina bonitas ſit finis rerũ diffundens ſe in eas. Nemo tñ
põt cognoſcere iſtã latitudinẽ q̃ vocat rõ finis: q2 tũc cogno
ſceret oia bona q̃ in rebus creatis ẜm ordinẽ ſapie diuine ꝓ
uenire poſſunt. Et h̾ eſt cognoſcere pfecte ipſam dei ſapiam
ordinantẽ ꝛ bonitatẽ dei ad quã ordinat: ꝛ bona poſſibilia
ꝓuenire ex reb⁹ creatis ẜm habitudines earũ ad ſuũ finem.
Iſtud ãt nõ põt intellectus creatus: q2 iſtud ẽ cõprehẽdere
deũ. Hoc eſt qđ dr̃ ecc. viij. intellexiſti ꝙ oium operũ dei non T
poſſit homo inuenire rõnem. ¶ Tertio pꝫ hoc quãtum ad tertia ratio
illas res que ex ſola dei voluntate dependent etiam ſi iã ſint
ſicut p̃deſtinatio ꝛ electio ꝛ iuſtificatio ꝛ huiuſmodi q̃ ad
ſanctificatiõeꝫ ptinẽt. Hoc ẽ qđ dr̃. p̊ª ad corin. ij. Que ſunt i V
hoie nemo nouit niſi ſpũs hois q ẽ i ipſo: ita ꝛ q̃ dei ſunt ne quarta rõ
mo nouit niſi ſpũs dei. ¶ Itẽ patẽt p̃dicta q2 nulla virt⁹ co
gnitiua cognoſcit rẽ aliquã niſi ẜz rõnem ꝓprij obiecti. Nõ
eni cognoſcim⁹ aliqd viſu niſi coloratũ ꝓpriũ ãt obiectuꝫ i
tellectus ẽ qđ qd ẽ. i. ſb̾a rei vt dr̃. iij. õ aia. ḡ qcqd itellectus
cognoſcit de aliq̃ re cognoſcit ꝑ cognitionẽ ſb̾e illi⁹ rei. vñ in
q̃libet demõſtratõe ꝑ quã pbat ꝓpe paſſiões pñm ẽ qđ qd ẽ
p̊° poſterioꝝ. Si ãt ſb̾aꝫ alicui⁹ rei itellect⁹ cognoſcat ꝑ acci
dẽtia ſicut dr̃ p̊° de aia. ꝙ accñia magnã ptẽ ꝯferũt ad cogno
ſcẽdũ qđ qd ẽ. h̾ eſt ꝑ accñs: inquãtũ cognitio itellectus orit
a ſenſu: ꝛ ſic ꝑ ſenſibiliũ accñtiũ cognitiõeꝫ oꝫ ad ſb̾e cogni
tionẽ puenire. iõ nõ hꝫ h̾ locum in math. ſed in nãlib⁹. qcqd
ḡ eſt in re qđ nõ põt cognoſci ꝑ cognitiõem ſb̾e ipſius necẽ
ẽ ꝙ ſic intellectui ignotũ qd aũt vellit aliqs volẽs nõ p̃t co
gnoſci ꝑ cognitiõeꝫ ſb̾e ipſi⁹. Nam volũtas nõ tendit in ſua

volita oĩno nãliter. Jõ non põt cognoſci p nãm volũtaſ ope
ratio. Nam pp hoc volũtaſ ꝛ nã ponunt duo pncipalia ope
ratiua. Et ſic nõ põt aliqs cognoſcere quid vellit volẽs niſi
forte p aliquos effectus: ſicut cuꝫ videmus aliquẽ volũtarie
operantẽ ſcimus qd voluerit. aut cognoſcit opatio volunta-
tis p cãm ſicut deus cognoſcit volũtates nr̃as ſicut quoſli-
bet alios effectus ſuos p h̃ ꝙ ipſe ẽ nobis cã volendi. aut p
hoc ꝙ aliqs voluntatẽ ſuã alteri expmit. Cũ g̃ multa ex dei
volũtate dependeãt ꝛ ſolũ ex volũtate intellectus creatus ẽt
ſi videat diuinã eſſentiã nõ cugnoſcet oia q̃ deus vult cũ ta-
lia volita nõ poſſint cognoſci p deũ niſi ſicut cognoſcit effe-
ctus p cãꝫ. ꝛ qꝛ nõ põt aliqs cognoſcere oẽs effectus alicuiꝰ
cauſe niſi totã virtutẽ illius cãe cõprehendat nõ poterit ali-
quis cognoſcere effectus dei ex h̃ ipſo ꝙ ſbam cognoſcit ni
ſi illã cõprehendat qõ eſt ipoſſibile. ¶ Sed obijciet ꝙ ſi qs
diuinã eſſentiã clare cognoſcit ꝙ cognoſcat oia q̃ deus vult
Nõ. bñ oia — ꝛ põt: qꝛ ſba dei eſt maioꝛ q̃ꝫ oia q̃ ipſe põt facere ꝛ velle ꝛ i
ſequentia — telligere nõ cõnumerãdo ipſuꝫ in hĳs. ſꝫ intellectus creatuſ
diuinam ſbam clare videre põt ſicut pꝫ i beatis: g̃ ipſi pñt co
gnoſcere oia q̃ deus pter ſe ipſuꝫ intelligit ꝛ vult ꝛ facẽ põt
pꝫ hoc qꝛ ſba dei ſine aliqbus rebꝰ eſt infinita. Oẽs aũt alie
res pter deũ quas ipſe põt velle aut intelligẽ aut facẽ nõ ſũt
X — aliqd infinitũ g̃ maius eſt cognoſcere deũ q̃ꝫ iſta. ¶ Dicẽdũ
rñdetur ad — ꝙ non eſt eiuſdẽ rõnis ꝙ aliq̃ res cognoſcat in ſeipſa vel in
obiectionẽ. — ſua cã. Nã multe res ſunt in ſeipſis faciles ad cognoſcendũ
pª rõ — ꝛ tñ put ſunt in cauſis ſuis ſunt difficilime ad cognoſcẽduꝫ
oia .n. nãlia anteq̃ꝫ fiãt ſunt in potẽtia materie ꝛ in virtute
agẽtis: ꝛ qñ illa ſunt pducta faciliter cognoſcũt. Et tñ anq̃ꝫ
pducant in eẽ etiã ſi cognoſcamuſ mãm ꝛ nãlia agentia nõ
poſſumꝰ ſcire q effectus particulares ſequant inde. ꝛ ſic nõ
poſſumus cognoſcere effectus put ſunt in cauſis ꝛ i ſeipſis
Y — faciliter cognoſcunt. ¶ Jta oia q̃ ſunt poſſibilia vł intelligi
2ª rõ — bilia pter ipſuꝫ deũ in ſeipſis nõ erat difficillimũ cognoſci: ꝛ
tñ cognoſci illa vt ſunt in deo ſicut effectus in cã eſt difficil-
limũ. Et adhuc difficilius ẽ cognoſci res in deo vt effectum
in cã q̃ꝫ cognoſci res nãles in ſuis cauſis. Q̃ꝛ quãto mediuꝫ
p qõ cognoſcit eſt ſiłiꝰ rei cognoſcẽde tãto ſit faciliꝰ cogni
tio. Jnter effectus aũt nãles ꝛ cãs eſt aliq̃lis ſiłitudo qꝛ vni
uocãt in aliquo gñe. Deus aũt ꝛ res creata in nullo gñe cõ
ueniũt. Et ſic eſt ſiłitudo ibi magis ſufficiẽs. Jõ facilius ẽct
cognoſcere p mãm oia ad q̃ eſt i potẽtia q̃ꝫ cognoſcere p deũ
ipſos effectus pducibiles. ¶ Jdeo dõm ꝙ maius eſt intelli
gere diuinã ſbam ẽt in ſeipſaꝫ ſolaꝫ q̃ꝫ intelligi qcqd aliud ẽ
aut eſſe põt intelligẽdo illud vt ẽ in ſeipſo ꝛ nõ in deo. maio
ris tñ cognitiõis eſt cognoſcere diuinã ſbam ꝛ in ea eiꝰ effe
ctus videre q̃ꝫ cognoſcere diuinã ſbam ſiue h̃ ꝙ cognoſcant
effectus in ipſa. ¶ Sed obijciet ꝙ tunc diuina ſba cum effe
ctibus vt in ipſa ſunt ſit maioꝛ q̃ꝫ diuina ſba abſolute. Et h̃
erit abſurdũ: qꝛ tunc nõ ẽct diuina ſba aliqd infinituꝫ. Nam
infinito nihil ẽ maius ꝛ ſi aliqd addamus iſinito nõ dr̃ ma-
ius q̃ꝫ prius. ¶ Dicendũ ꝙ nõ eſt maius cognoſcere diuinã
eſſentiã cũ effectibus q̃ꝫ ſine effectibus tãq̃ꝫ ipſa ſine effecti
Z — bus ſit minoꝛ q̃ꝫ cuꝫ effectibus: ſed qꝛ cognitio in ſe ẽ diffici-
pª rõ — lioꝛ. ¶ Rõ eſt qꝛ ſba diuina in ſeipſa clare videri põt ab itel
lectu creato eleuato p lumẽ glie ſine aliq̃ cõprehenſione: co
gnoſcere tñ diuinã eſſentiã cũ oibus effectibus poſſibilibus
ꝛ intelligibilibꝰ put ſunt ſolũ in ipſa vt effectus in cã nõ po
teſt fieri ſine cõprehenſiõe vt oſtenſuꝫ ẽ. ꝛ iſta ẽ cognitio iſi-
nita q̃ nõ eſt poſſibilis intellectui creato. ¶ Cõſiderandum
Q̃õ bti oia — aũt ꝙ ea q̃ ſupra diximus intelligit intellectus vidẽdo diui-
ſił itelligũt — nã eſſentiaꝫ ꝛ oia ſimul intelligit oia pñtia pterita ꝛ futura
ꝛ gña ꝛ ſpẽs vniuerſi ꝛ oia indiuidua ipſoꝝ ꝛ intelligit il-
la p ſucceſſiõeꝫ trãſferẽdo ſe de vno ad alterũ ſꝫ ſimul vnico
intuitu. ſ. vidẽdo diuinã eſſentiã. ¶ Q̃õ pꝫ qꝛ q̃cũq̃ꝫ vñr per
vnicã ſpẽm neceſſe ẽ illa ſił ꝛ vna viſiõe videri. pñᵐ autẽꝫ vi
ſiõis ſiue forma beato ẽ eſſentia diuina p quã itelligit qcqd
intelligit. Jdeo neceſſe ẽ oia ſił videri. ¶ Jtẽ beatitudo intel
ꝛ — lectus nr̃i cõſiſtit in dei viſiõe beatitudo aũt nõ eſt in habi-
2ª rõ — tu ſed in actu: qꝛ p ethicoꝝ dr̃ ꝙ eſt felicitas opatio ſm pfe-
ctã virtutẽ. Ea igit q̃ vñr per viſionẽ diuine eſſentie videbũ
tur actualiter ꝛ nõ habitualiter cũ illa viſio ſit beatitudo: ſꝫ
in eodẽ actu intellectus nõ eſt priꝰ ꝛ poſteriꝰ qõ dico õ actu
viſiõis: ſecus de actu inqſitiuo ꝛ diſcurſiuo q non erit i pa-
ꝛ — tria: g̃ oia ſimul vnico actu intelligemus. ¶ Jtem q̃libet res
3ª rõ — cũ venerit in vltimũ finẽ quieſcit qꝛ motus eſt ad acqrendũ

finẽ. vltimus autẽ finis intellectus nr̃i eſt viſio dei. g̃ videns
deũ nõ mouebit de vno intelligibili ad aliud: qꝛ tunc nõ ẽet
in fine ſed adhuc tẽderet in illũ: g̃ opꝫ ꝙ per illã viſionẽ que
eſt vnicus actus oia videat. ¶ Jtẽ in diuina eſſentia intelle
ctus beatoꝝ videt gña ꝛ ſpẽs oium rerũ: vt. ſ. dictũ eſt. ſunt
aũt aliq̃ gña quoꝝ ſpẽs ſunt infinite ſicut ſpẽs numeroꝛum
ꝛ figurarum ꝛ proportionũ g̃ intellectus btũs in diuina eſ-
ſentia infinita videt. Qui aũt videt infinita neceſſe eſt vt oia
ſimul videat qꝛ p ſucceſſionẽ nũq̃ꝫ poſſet illa videre. Nã re-
quireret tp̃s infinitũ ꝛ nũq̃ꝫ perueniret ad h̃ ꝙ oia eſſent vi-
ſa qꝛ infinita non cõtingit p trãſire. Neceſſe eſt g̃ ꝙ intelle-
ctus beatoꝝ oia q̃ intelligit vnico actu intelligat a q̃ nũquã
diuertunt nec menſurat ſucceſſiõe aut tp̃e ſꝫ ſortit quãdam
eternitatẽ nõ ſolũ ex parte obi viſi ſꝫ magis adhuc ex forma
intelligibili p quã ſit illa viſio. vt. ſ. oſtendimus. ¶ De hĳs — ſ. Tho.
ſ. Tho. iiĳ. ſen. di. xlix. q. v. arti. v. ꝛ in ſũma ꝯ gent. lib. iĳ. cap.
liiĳ. ꝛ. lvĳ. ꝛ. lviĳ. ¶ Ad pmuꝫ dõm ꝙ illud qõ dicit Jſido. — ad pmũ
ꝙ Angeli ſciunt oia in vbo anq̃ꝫ fiant non põt intelligi quã — arg.
tum ad ea q̃ deus ſcit ſcia ſimplicis itelligẽtie: ſed ad ea que
ſcit noticia viſiõis. Et pꝫ qꝛ aliqñ fieri ptinet ad res illas que
ſunt pterite pñtes aut future. ꝛ de iſtis eſt cognitio q̃ vocat
noticia viſiõis. vt. ſ. dictũ eſt. Et tñ itelligẽdũ ẽ ꝙ nõ cogno
ſcunt hec oẽs angeli ſed ſolũ qdam ſuperioꝛes q etiã non co
gnoſcũt pfecte oia. Jn vna .n. re pñt multe rõnes intelligibi-
les cõſiderari ſicut diuerſe eius pprietates ꝛ hitudines ad
res alias ꝛ poƚe eſt ꝙ eadẽ re ſcita cõiter a duobus vnꝰ eoꝝ
plures rõnes ex illa re pcipiat .i. habitudines vel pprietates — AA
ꝛ alius accipiat illas ab illo. ¶ Vñ dic̃ Dio. li. õ di. no. c. iiĳ. — ad 2ᵐ
ꝙ inferioꝛes angeli docent a ſupioꝛibꝰ rerũ ſcibiles rõnes. ꝛ — argu.
iõ etiã angeli q oẽs res cognoſcũt creatas nõ opꝫ ꝙ oia q̃ in
eis intelligi pñt percipiãt. Nam iſinite rõnes ꝛ habitudineſ
forte poſſẽt pcipi ex q̃libet creatura. ¶ Ad 2ᵐ dõm ꝙ illud
verbũ Grego. inuit ꝙ in illa viſiõe beata ẽ ſufficiẽtia ad oia
videndũ ex pte diuine eſſentie q̃ eſt mediũ per qõ vident ea
que a beatis vñr: non tñ vidẽt beati oia ex defectu itellectuſ
ipſoꝝ que diuinã eſſentiã cape non pñt. Et ſic dicet qd ẽ qõ
nõ videant .i. qd eſt qõ videre nõ poſſint lꝫ non videãt qꝛ ad
oia videnda mediũ hñt. Nos aũt nõ videmus nec vidẽ poſ-
ſumus oia cũ videamus ſolũ per ſpẽm ipſarũ rerũ. Et h̃ mõ
dictũ Grego. intelligit de oibus ſimplr̃ .i. de oibus q̃ deꝰ co-
gnoſcit tam noticia viſiõis q̃ꝫ ſcia ſimplicis itelligẽtie qꝛ ad
oia illa ſufficiẽs repñtatiuũ eſt eẽ diuina p quã beati vident
Nã per ipſaꝫ ſolã deus cognoſcit qcqd ſcit ſiue ſcia viſiõis
ſiue ſimplicis intelligẽtie. ¶ Scdõ mõ põt intelligi de oibꝰ
rebus q̃ ſunt ptes nãe ꝛ q̃ pertinẽt ad pfectionẽ eſſe intelli-
gibilis. Nã ſicut ſupra dictuꝫ ẽ intellectuſ nr̃ eſt in potentia
nãli ad intelligendũ oia gña ꝛ ſpẽs rerũ vniuerſi ꝛ pprieta
tes ꝛ virtutes ipſoꝝ. Jõ neceſſe ẽ ꝙ oia intelligat q beatus
eſt qꝛ alias maneret ei adhuc potẽtialitas q̃daꝫ ꝛ deſideriũ
ꝛ non eſſet beatus. Et de h̃ exponit auctoꝛitatẽ iſtã. ſ. Tho.
ſu. ꝯ genti. lib. iĳ. c. lvĳ. ¶ Tertio mõ põt intelligi de oibus
intelligibilibus q̃ reqrunt ad integritatẽ gloꝛie. Nam nihil — BB
deerit eis de iſta integritate viſiõis cũ videant illum q videt — ad 3ᵐ
oia .i. põt ei oñdere in ſeipſo quicqd voluerit cum ipſe oia vi — argu.
deat. ¶ Ad. iĳ. dõm ꝙ intellectus creatus nõ videt diuinaꝫ
eſſentiã ſm modũ ipſius eſſentie q eſt infinitã eſſe ſꝫ ſm mo
dũ propꝛiũ q eſt finitas. vñ nõ opꝫ ꝙ efficatia viſiõis intelle — CC
ctus nr̃i augeat in infinitũ ad cognoſcendũ lꝫ augeat ad co — ad 4ᵐ
gnoſcendũ multa q̃ alias non cognoſceret niſi diuinã eſſen — argu.
tiã videret. ¶ Ad. iiĳ. dõm ꝙ ſi intellectus creatus videret
deũ cõprehendẽdo ipſuꝫ nihil poſſet ſupare eũ ſed oia vide-
ret: ꝛ tñ nõ videt cõprehendẽdo. Vñ maius ẽ ꝙ cognoſcat — Q̃uõ oi
oẽs res i deo vt effectus i ſua cã q̃ꝫ ꝙ cognoſcat deũ ſolum — bus btiſ
vt eſt in ſeipſo lꝫ maius ſit cognoſcere deũ in ſeipſo q̃ꝫ cogno — vidẽtibꝰ
ſcere oẽs effectus dei etiã poſſibiles put illi ſunt i ſeipſis ꝛ — deũ cla
nõ vt in deo tãq̃ꝫ in cã vt ſupra dictũ eſt. ¶ Cũ autẽ dicit ꝙ — re pt ẽẽ
aie videnti deũ anguſta eſt ois creatura: intelligit de cogni- — i eis ine
tiõe creaturarũ in ſeipſis: ꝛ tũc valde minoꝛ ẽ cognitio oiuꝫ — q̃litaſ co
creaturarũ q̃ꝫ dei. ¶ Sed eſt dubiũ. q̃uõ illi q vident deuꝫ p — gnitiõis
eſſentiã non vident oia q̃ in eo ſunt ꝛ q̃uõ vnus põt videre — ꝛ vnde
plus q̃ꝫ alius cum oẽs clare videãt. ¶ Dicenduꝫ ꝙ oẽs bti — oꝛiatur
deum vidẽt ꝛ totũ qõ eſt deus ꝛ ẽt ſcḋm modum eſſendi eiꝰ — DD
qꝛ cũ ſit ſimplex totus vr̃ vel nihil vr̃: ꝛ qꝛ oẽs modi eſſendi — rñdetur
dei ſunt ipſa eſſentia diuina q illaꝫ clare videt neceſſe eſt ꝙ — ad dub.
oẽs illos modos videat ita ꝙ oẽs bti cognoſcãt ipſam ſbam

dei ꝛ videãt

dei ⁊ videāt ꝙ eſt ſūme bonus ⁊ infinitus ⁊ oīpotēs ⁊ oīa ſciēs: ⁊ ita de aliijs ꝑfectionibꝰ eius. ¶ Et tñ nullū iſtorum pñt beati ſcire ita ꝑfecte ſicut illud eſt.ſ.ſciunt deū eſſe infinitū: ⁊ tñ non cognoſcūt eū infinite: ita ꝙ infinitas ſit inde ex pte cognitionis: ⁊ tñ iſtud reqrebaꝛ ad cognitionē pleniſſimā de deo: q̄ ſicut ipſe eſt infinitus ita ē in infinitum cognoſcibilis. Quouſqꝫ ḡ intellectus adequet ſe rei intellecte ita vt tm̄ eā cognoſcat quātū ipſa ē cognoſcibilis nōdū pure cognouit ⁊ iſta ē cognitio cōꝓhenſiōis. ¶ Taliter aūt deꝰ cognoſcit ſe quia tātus eſt intellectus ſuus quāta eſt eſſentia. Jō ſicut eſſentia eiꝰ eſt infinita ita itellectus ſuus cognoſcit eā infinite: ⁊ ſic ipſemet deus cōꝓhēdit ſeipſū. ¶ Nos aūt deū cognoſcemus in pr̄ia clare: ⁊ tñ non cōꝓhendemꝰ cognoſcemus.n.clare id qḋ ipſe eſt ⁊ qcqd eſt: q̄ nihil eius nos latebit cū ipſe ſimplex ſit: ⁊ opꝫ totū cognoſci vel nihil. Et ſicut eſſentiā ipſā cognoſcemus ita ⁊ oēs modos eiꝰ q ſe tenēt ex pte eſſentie vt infinitū eſſe oīpotentē eſſe: ⁊ ſic de aliijs. Siqs.n.aliqd iſtoꝝ non videret deū clare non videret q̄ nō eſt in deo ſicut i nobis cū in deo modi eſſendi ſint realiter ipſa eſſentia iō vno cognito clare opꝫ reliquū cognoſci in nobis aūt differt id qḋ ſumus ⁊ modi eſſendi vel ꝑfectiones eſſentie. iō pōt vnū cognoſci altero nō cognito. ¶ Errāt ḡ qui putāt ꝙ aliqd de eſſentia diuina.i. aliq̄ ꝑfectio eiꝰ erit quā aliq beatoꝝ nō cognoſcāt. Nam totū eſſe dei opꝫ ꝙ co-

EE gnoſcant. ¶ Dicendū tñ ꝙ nō ſeqtur ex h̄ ꝙ bti ſciāt oīa q̄ deus ſcit etiā ſi totū qḋ eſt in deo ſciunt q̄ cognoſcēs deum cognoſcit qcqd eſt in eſſentia res tñ ſcite a deo nō ſunt ipſa eſſentia diuina nec aliqd eiꝰ realr̄: nec ſunt in eo ẜ eſſe nāle ſed ſolū ẜm eē itelligibile. Qui aūt cognoſcit eſſentiā cognoſcit oīa q̄ nālr̄ ſunt in ea q̄ illa ſunt ipſa eēntia ſiue aliquid eiꝰ. Res aūt ſcite nō ſunt aliqd ipſiꝰ dei. Scia nāqꝫ dei ē ipſa eēntia eiꝰ ⁊ actus itelligēdi eſt ēt eēntia ⁊ mediū ēt itelligēdi cū deus oīa cognoſcat ꝑ eēntiā ſuam res tñ cognita vtpote hō vel lapis nō eſt ipſa diuina eēntia lꝫ ipſe res nō cognoſcanꝛ a deo ꝓut ſunt ex̄ ipſū ſed ẜm ꝙ ſunt i eo vt effectus in cā. ¶ Qui ḡ deum cognoſcit nec̄e ē vt cognoſcat ſciam ſuā quā hꝫ de rebꝰ etiā mediū cognoſcēdi ⁊ actū intelligendi.i.ſcit oīa iſta inquātū iſta realr̄ ſunt ipſa eſſentia. ⁊ tñ non opꝫ ꝙ cognoſcat ſub iſtis rōnibus.ſ. vt eēntia ē ipſa ſcia dei vel actus intelligēdi: q̄ iſta ſunt q̄ſi ꝑ accñs ad dei eſſentiā inquātū eēntia eſt. Jō nō opꝫ cognoſci iſtas rōnes vel reſpectus. ſicut q ꝑfecte cognoſcit aliquē hoīem nō opꝫ ꝙ cognoſcat oēs relatiōes ⁊ hitudines q̄ pñt ei euenire ſicut fit in accidētis fallacia. Nā q cognoſcit coꝛiſcū lꝫ ille ſit veniēs nō opꝫ ꝙ cognoſcat venientē eſſe coꝛiſcū. ¶ De rebuſ ēt a deo cognitis eſt eadē cā. Nō.n. opꝫ ꝙ cognoſcēs deū cognoſcat oīa q̄ deus cognoſcit: q̄ cognita ab eo nō ſunt in eſſentia eiꝰ realr̄ ſed ſolū ſunt ibi vt effectuſ i cā. Si.n.ibi vere eēnt tāq̄ ipſū eſſe dei vel aliqs modus eēndi ſicut infinitū eē ⁊ oīpotentē nec̄e erat ꝙ q deū clare cognoſceret oīa q̄ ipſe cognoſcit ſciret lꝫ non cōꝓhendēdo. Nō eſt aūt neceſſe ꝙ cognita clare aliq̄ cā cognoſcanꝛ effectus eiꝰ. ſic ego me ipſū cognoſco: ⁊ tñ neſcio oīa q̄ feci ⁊ volui: ⁊ a fortiori oīa q̄ voliturus aut facturus ſum aut q̄ facē poſſū. oīa tñ iſta ſunt in me ſicut effectus i cā. ¶ Et pꝫ ēt in effectibꝰ nālibus ſicut q videt aliquā terrā ⁊ ꝑfecte cognoſcit eā tā ad ſenſū q̄ ad itellectū neſcit quot aut q̄les herbas illa terra genuit ⁊ genitura eſt. ⁊ tñ oēs iſte ſunt i ea ſicut res i ſuo pnᵒ. vl̄ ſicut effectus in cā. Et tñ facilius ē cognita terra cognoſci oīa poſſibilia ꝓduci de ea q̄ ō eo clare viſo cognoſci oēs effectus eiꝰ cū magl eēntia dei ſit diſſil̄is effectibꝰ ſuis q̄ terra ſuis. vt. ſ̄. dictū eſt. Et ſic nēo dꝫ admirari ꝙ clare deo cognito ⁊ oībꝰ

FF q̄ ad eſſentiā ptinēt non cognoſcanꝛ oīa que ipſe cognoſcit.

Quare videns deū clare nō cognoſcat oīa que deus cognoſcit. ¶ Multe qꝫ rōnes ſcibiles vel hitudines pñt de deo cōſiderari quas nō opꝫ ꝙ cognoſcat qlibet clare deū vidēs ſicut i creatura ſit q̄ ad reſpectus ſuos extrinſecos ⁊ poſſibiles ei aduenire. vt. ſ̄. dictū eſt. Cauſa aūt q̄drupliciter eē pōt q̄re videns deū clare nō cognoſcat oīa q̄ ille cognoſcit: ⁊ ꝙ vnus vid[en]s magis de deo cognoſcat q̄ aliꝰ.

pᵃ cā Rūdet ¶ Prima ē pp intellectū nr̄m finitū: q̄ lꝫ ex grā poſſit dari hoī ꝙ clare deum cognoſcat ꝑ lumē glorie: tñ nō pōt dari ei ꝙ deū cōꝓhendat q̄ h̄ eēt facere eū realr̄ infinitū ⁊ h̄ ē impolē.ſ. ꝙ res fcā ſit infinita: ⁊ tñ ifinitū nō pōt capi niſi ab ifinito. ¶ Et ſi obijciaꝛ ꝙ videt hō clare diuinā eēntiā q̄ ē infinita. ¶ Dōm ꝙ ē diuina eēntia itellectui beato mediū intelligēdi. Et quātū ad h̄ nō opꝫ ꝙ ꝑ diuinā eſſentiā hēat pp h̄ aliquā infinitatē inquātū tñ ipſa eſt q̄ vr̄ vt obm poterat tñ eē aliq̄ infinitas i hoīe ſi illā capet: ⁊ tñ nō capit q̄ nō cognoſcit eā eo mō q̄ ipſa eſt.i.tm̄ quātū ipſa ē cognoſcibilis: vñ ille actus intelligēdi eſt aliqd finitū. ¶ Dōm tñ ꝙ h̄ nō ſufficit ad aſſignandum oēs diuerſitates q̄ apparēt in viſiōe btoꝝ. Naꝫ ſi pp h̄ ſolū ꝙ non pōt cōꝓhendi nō itelligeret hō oīa q̄ deo intelligibilia ſunt: intelligeret tñ ſaltē oīa vſqꝫ ad q̄ poſſit ſufficere capacitas intellectus creati. Et tñ nullus beatus eſt q nō poſſit itelligē plura de deo q̄ intelligit ſi deus ei iſta reuelauerit. ¶ Jtē q̄ tunc nō eſſet vnus hō beatioꝛ alio q̄ intellectus vnius nāliter nō eſſet capacioꝛ intellectu alterius: ⁊ tñ vnus videt i deo plura q̄ alius: ⁊ ſic vr̄ ꝙ adhuc qlibet eēt capax maioꝝ q̄ capiat. nō ḡ nō intelligit btūs plura q̄ itelligit pp ꝯditionē intellectus: q̄ plura cape poſſit q̄ capit ⁊ intelligit: lꝫ nō poſſet ꝑuenire ad capiendū ifinitū. ¶ Scōa

cā eſt q̄ res q̄ cognoſcibiles ſunt ⁊ quas deꝰ ſcit nō ſunt in GG

eo ẜm ꝓprias ⁊ vniuocas ſil̄itudines q̄ vocanꝛ ſpēs ſenſibi 2ᵃ cā

les aut itelligibiles ſꝫ ſunt in eo ſolū ſic̄ effectus i cā. ¶ Si enim eēnt in deo oēs res exteriores ẜm ꝓprias ſil̄itudines ſicut ſunt i ſpeculo māli neceſſe erat ꝙ qlibet beatus cognoſceret oīa pñtia p̄terita ⁊ futura ⁊ ēt poſſibilia q̄ nūquā ſiēt ſi oīa iſta hērent ſpēs ibi repñtantes q̄ ſpēs iſte diſtincte ⁊ nāliter ducerēt hoīem i cognitionē ipſarum rerū quaꝝ ſunt ſicut de oībus hmōi apparet ſpēbus exiſtētibus in itellectu nr̄o vel ſenſu. Et dato ꝙ iſte ſpēs eſſent ifinite adhuc hō cognoſceret illas diſtincte i eſſentia diuina ⁊ vnico actu. Nam neceſſe ē cōcedi ꝙ bti intelligāt infinita q̄ alias nō ſatiareꝛ intellectus eoꝝ q nāliter appetit cognoſcere oīa gñā ⁊ ſpēs vniuerſi ⁊ ordines ⁊ ꝓprietates eoꝝ. Sunt tñ q̄dam gñā quoꝝ ſpēs ſunt infinite ſicut ſpēs numeroꝝ ⁊ figurarū ⁊ ꝓportionū. Oīa tñ iſta bti vnico actu itelligūt: vt dicit.ſ. Tho. ſu. ꝯ genti. lib. iij. cap. lviij. ¶ Talis ḡ infinitas nō repugnaret itellectui beato q creatus ē q̄ nō ſequereꝛ ex h̄ ꝙ actus ille intelligēdi eēt realr̄ infinitus nec reqreret i potētia intelligēte vigorē infinitū cū nulla res illarū de ſe excedat intellectū. Jdeo dū oīa repñtari ſil̄ poſſint qḋ fieret ex cōditione diuine eſſentie repñtantis illa nō eſſet aliqḋ incōueniēs ꝙ illa infinita ab itellectu creato itelligerenꝛ. Nunc aūt nulla res hꝫ in deo talē ſil̄itudinē ſꝫ ipſa eēntia diuina ē ſil̄itudo oīum equoce vel analogice ſic̄ cā eſt ſil̄itudo ſui effectus. Et ſi nō pōt vidēs diuinā eēntiā oīa videre q̄ ipſa videt: q̄ cū nō ſint ibi ꝑ ſil̄itudinē ſꝫ ſolū per rōnē cauſalitatꝭ opꝫ ꝙ q oīa a deo poſſia fieri cognoſceret ꝑ deū cognoſceret totā virtutē cāſalitatis ſue. Et iſtud erat cōꝓhēdere diuinā potentiā q̄ eſt realr̄ ifinita ⁊ nō pōt fieri niſi ab itellectu ifiniti vigoris. ¶ Dōm

ꝙ iſtud verū eſt ſꝫ adhuc nō ſufficit q̄ ſi pp iſtā diſſil̄itudinē HH

repñtandi hō nō cognoſceret oēs res quas deꝰ ſcit nō ſolū nō cognoſceret oēs: ſed ēt nullā cognoſceret q̄ ſicut oēs res ſil̄ nō hñt ſil̄itudines vniuocas i deo ita nulla res hꝫ q̄ taliſ ſil̄itudo nō eēt ipſa eēntia diuina ſꝫ aliq̄ ipꝛeſſio fcā i ea ſicut intellectus nr̄ vel oculus nulliꝰ rei viſibilis aut itelligibilis hꝫ ſil̄itudinē vniuocā nālr̄ ſꝫ ipꝛimunꝛ ei ſpēs viſibiliū ⁊ itelligibiliū q̄ ſunt vniuoca rebus quaꝝ ſunt. Deus tñ non pōt ſe hr̄e vniuoce cū aliq̄ re iō nō pt̄ eē i eo ſil̄itudo vniuoca alicuius rei ſꝫ ſolū ſil̄itudo pꝰ cām vt dictū ē. Et tunc bti nullā rē cuiꝰ deus cā ſit ꝑ eſſentiā diuinā intelligerēt cū non ſit ibi ſil̄itudo alicuiꝰ: ⁊ tñ intelligūt quaſdā ⁊ alias nō ḡ nō ꝓuenit ab iſta cā. ¶ Jtē q̄ tunc nihil magis vnus beatꝰ q̄ aliꝰ i deo itelligeret de effectibꝰ eius: q̄ cū in deo nō ſint tales ſil̄itudines nullus eas poterit ibi inuenire vt ꝑ eas aliqd itelli-

gat. ḡ nō eſt ibi tota cā. ¶ Tertia cā eſt pp lumē gl̄ie qḋ daꝛ II 3ᵃ cā

intellectui beatoꝝ. Nā nullus poterat diuinā eſſentiā videre ꝑ lumē nāle intellectꝰ ſꝫ ſupaddiꝛ ibi lumē gl̄ie vt diceꝛ ſequēti.q. Jſtud aūt lumē nō daꝛ oībus eq̄lr̄ ſed ẜm dr̄iam meritoꝝ. Jō neceſſe ē ꝙ q hūerit magiſ ō illo lumie plura i deo ⁊ ꝑ deū itelligat. pꝫ h̄ in lumie coꝛpoꝛali reſpectu viſus q̄ i magno lumie cōtēꝑato viſui multa viſibilia manifeſtanꝛ q̄ debilis lux occultat. vt dr̄ lib.i. ꝑſpectiue i rōnis ⁊ ad ſenſū pꝫ. Sic ēt eſt in itellectu cuiꝰ lumie ē intellectus agēs q̄ illud lumē efficatiꝰ hꝫ intelligit meliꝰ ⁊ clariꝰ ſingula. ¶ Dicendū ꝙ iſtud multū ꝯfert ad id de q̄ queriꝛ: ⁊ tñ nō eſt tota cā q̄ diuerſitas lumis gl̄ie non eſt directe ad h̄ ꝙ plura aut paucioꝛa videanꝛ ſꝫ ad h̄ ꝙ ea q̄ vnr̄ clariꝰ ⁊ efficatiꝰ videātur ¶ Patet h̄ q̄ iſtud lumē gl̄ie hꝫ ſe ꝓpoꝛtionalr̄ ad lu-

mē corporale ꝑ qḋ res vr̃ ⁊ ad lumē intellectus agentiſ. Vñ
ꝑꝑ hoc vocat̃ iſtud lumen gl'ie vt dicet̃ ſeq.q. lumē āt corpo
rale ⁊ intellectuale ē mediū cognoſcēdi.ſ. diſponēs vt reſ co
gnoſci poſſit ⁊ fortificās potentiā cognitiuā non tñ determi
nat illā ad aliqḋ genus rei cognoſcibilis. ¶ Sic pꝫ in lumi
ne corporali. Nā ſine illo nō fit aliq̃ viſio: ⁊ tñ per lumē non
determinat̃ potētia viſiua vt videat albū vel nigrum hoiem
vel lapidē ſed ħ fit ꝑ ſpēs viſibiles. qḋ pꝫ q: exiſtēte lumine
in medio ſi hō. vel lapis nō ſit pñs videri nō pōt.ſ. q: nō eſt
ſibi ſpēs viſibilis eiꝰ determinās potentiā viſiuā ad hoieꝫ po
KK De intellectu agente ⁊ poſſibili. tius q̃ꝫ ad arborē: ⁊ ita ḋ ceteris. Ita eſt i intellectu. Nā ſine
intellectu agente quē vocamus lumen non pōt intellectus
nr̃ poſſibilis aliqd actual'r itelligere. ſꝫ intellectus agēs facit
oia illa q̃ erāt in potētia ad itelligi eē actualiter intellecta: ⁊
tñ per intellectū agentē nō determinat̃ hō ad intelligenduꝫ
potius lapidē quā lignū ſed ad oia ſe hꝫ indifferēter itellectꝰ
agēs vt quodlibet itelligibile i potētia faciat intelligibile in
actu. ꝙ tñ determinet ſe ad itelligendū hoiem potiꝰ q̃ꝫ lignū
ħ fit per ſpēs itelligibiles q̃ determināt intellectū ad illā reꝫ
cuiꝰ ſunt. Et iſto mō fantaſmata ſūt neceſſaria ad intelligen-
dū dicēte ariſto. iij. de aia oꝫ intelligentē fantaſmata ſpecula-
ri. Si.n. intellectus agēs determinare poſſit intellectū poſſi
bilē ad iſtā rem vel illā intelligendam oino eſſent ſuꝑuacua
fantaſmata cū ponant̃ eſſe obm itellectus. iij. de aia lumen ḡ
corporale nō facit pauca aut multa videri ſꝫ ſolū clare vide-
ri ⁊ ſpēs faciunt pauca aut multa videri. Lumē quoqꝫ itelle
ctus agētis nō facit itelligi pauca aut multa iſta vel illa ſed
LL ħ faciunt ſpēs itelligibiles: ſed ipſe facit ꝙ iſta clare vel effi-
caciter videant̃. ¶ Ita ḡ lumē gl'ie lꝫ maius ſit i vno beato
q̃ꝫ in alio mō non ꝑꝑ ħ intelliget de deo aut in deo plura q̃ꝫ
alius ſꝫ illa ꝑfectius ⁊ efficatiꝰ intelliget: ⁊ tñ qdaꝫ plura q̃ꝫ
alij̃ intelligunt ⁊ nō eadē. ḡ ab illa cā ꝓuenit iſta diuerſitaſ.
¶ Itē ſi ꝑꝑ lumē gl'ie ħ fieret necc̃e eēt ꝙ ille q hēret iſtud
lumen ⁊ ꝑ iſtud aliq̃ itelligeret ꝙ intelligē poſſet oia alia q̃
ſunt eq̃lia illis vel eiuſdē generis ſicut pꝫ in lumie corpora-
li in q̊ manifeſtari pōt aliqḋ viſibile nā in illo pñt manifeſta-
ri oia eq̃lia illi. Si aūt ſit aliud viſibile qḋ egeat maiori lumi
ne ad ſui diſtinctā cognitionē ſicut ad videndū diſtincte res
minutas egemus maiori lumine q̃ꝫ ad videndū res magnaſ
poſtea tñ oia q̃ fuerint eq̃liter minuta poterūt in eodē lumie
cognoſci ⁊ nō indigēt alio ⁊ non egemus maiori lumine ad
cognoſcendū centū millia rerū ſimiliū q̃ꝫ ad cognoſcendum
vnicā illarū dum tñ ille poſſent eē in diſtātia cōuenienti. Ita
ēt eſt de lumine itellectus agētis: q: ſicut ꝑ ipſuꝫ vnū intelli
gibile māle qḋ eſt potētiale pōt effici intelligibile in actu. ita
efficiunt̃ oia mālia ⁊ eadē virtus ſufficit pro oibus. Res tñ
create ſaltē māles ſunt eq̃les ḡ qui ꝑ lumē gl'ie vnam earuꝫ
cognoſceret oēs cognoſcere poſſet ſine vlla difficultate: ⁊ tñ
bti intelligūt q̃dam futura alia ſil'ia eis nō intelligunt: ⁊ tñ
ſunt oia futura cōtingentia ex hac ꝑte eq̃liter facilia vl' diffi
cilia ad cognoſcendū ipſi tñ cognoſcūt q̃dam ⁊ nō alia ḡ nō
ꝓuenit ħ ex diuerſitate luminiſ gl'ie. ¶ Quarta cā ē ex ꝑte
MM eēntie diuine q̃ eſt ibi tāq̃ꝫ forma itelligibilis determinās in
tellectū ad ħ vel illud itelligendū. Vñ in btis lumē gl'ie erit
ſicˉ eſt ħ intellectus agēs ⁊ eēntia diuina erit ſicut ē ħ ſpēs i
telligibilis. Iḋ ab eēntia diuina ꝓuenit ꝙ pauca vel multa
intelligamꝰ. Nā ſi nūc itellectus nr̃ hēret multas ſpēs itelli
gibiles poſſemꝰ multa itelligē ſi hēret paucas nō poſſemus
niſi pauca. ¶ Ita ſi nūc itellectꝰ nr̃ hēret multas ſpēs itelli-
gibiles poſſemꝰ multa itelligē ſi hēret paucas nō poſſemus
niſi pauca. ¶ Ita ſi nūc eēntia diuina voluerit oñdē beatis
in ſe rōnes multas reꝝ poterūt multa itelligere. ſi āt paucaſ
rōnes eis oñderit ēt ſi hērent multū de lumine gl'ie non poſ
ſent itelligere niſi pauca ēt q: eēntia diuina nō hꝫ in ſe ſil'itu
dines rerū vniuocas: vt. ſ. oſtēdimus. Nullus vidēs deum
ēt clare per ħ videret in eo aliquē effectū ꝓducibilē niſi com
prehenderet deū cum nō ſit ibi illiꝰ effectus determinata ſil'i
NN Qḋ bti pñt effici beatores: ⁊ tñ nō deſiderant illud ⁊ q̃re non. tudo. Solū ḡ hō cognoſcet illas res in deo quarū rōnes deꝰ
oñdere voluerit: vñ eſſentia diuina nō eſt nāle ſpeculuꝫ rerū
quātum ad modū capiēdi nr̃m ſed voluntariū. oñdit ḡ ſoluꝫ
qḋ vult ⁊ qūo vult. ¶ Si aūt ſil'itudines rerum diſtincte ⁊
vniuoce in deo eēnt neceſſe erat ꝙ vidēs deū clare oēs res
cognoſceret quarū deus cā eſt q: eēt repreſentatiuū nāle re-
ſpectu illarū ſicut eſt ſpeculū māle: ſed inquātum eſt ſpeculū
voluntariū ꝓuenit tota diuerſitas.ſ. ꝙ qdam pauca videāt

⁊ alij̃ multa ⁊ qdam iſta alij̃ vero alia. ¶ Et ex ħ etiam pro
uenit ꝙ qlibet videns deū beatus ſit: ⁊ tñ plura poſſet vide
re ⁊ beatior fieri. non tñ ꝑꝑ hoc ē in eo inopia: nec appetitꝰ
⁊ tñ appetitus nō eſt niſi ad illa q̃ replere pñt indigentiam
nr̃am. In oibus aūt beatis erit ꝯpletū deſideriū ⁊ intellectꝰ
cū intellectus nō deſideret niſi ea q̃ cōplēt potentialitatem
eius: ⁊ tñ nāliter ħ nō eſt maior q̃ꝫ oēs res cōpoſite. iḋ appe
titus intelligēdi i nobis nō eſt nāliter: niſi vt intelligamꝰ oia
gñā ⁊ ſpēs vniuerſi ⁊ ordinē ⁊ hitudinē ipſoꝝ: quo habito
nō manet in nobis defectus aliqs. Quicqd aūt. ſ. addat̃ feli
citatē facit: ⁊ tñ eiꝰ abñtia nō cauſaret deſideriū. ¶ Poſtq̃ꝫ OO
ḡ aliqs beatus vidēdo diuinā eſſentiā oia iſta viderit etiā ſi
nihil ei vltra reuelet̃ nihil deſiderat ⁊ btūs ſemꝑ manet. pōt
tñ adhuc ei aliqd ſupra dari lꝫ tñ non ꝑueniat̃ ad infinitum
⁊ ita bti erūt ineq̃les ſinguli tñ bti erūt ⁊ cognoſcet qlibet
de alio an beatior ſit. Nō tñ ꝑꝑ hoc deſiderabit illiꝰ beatitu-
dinē q: appetitus ſuus ſaciatus ē cū iſtud ſit ꝓpriū glorie.ſ.
ſaciare appetitū ps. xvj. Saciabor cū apparuerit gloria tua.
Data aūt ſaturitate ipol'e eſt eſſe deſideriū cū deſiderium ſit
motus ad apprehendenduꝫ aliqd qḋ iudicat̃ eſſe ꝑfectiuum
deſiderātis. ⁊ ſic nullum icōueniēs erit ꝑꝑ beatoꝝ ineq̃li-
tatē. ¶ Si aūt obij̃ciat̃ ꝙ qlibet beatus pōt plura ſuſcipere
q̃ꝫ ſuſcepit ḡ nō eſt btūs: concedēdū ꝙ pōt plura recipe dū
tñ nō perueniat̃ in infinitū. Et tñ non ſeqtur ꝙ ꝑꝑ hoc appe
tat aut nō ſit beatus: q: deſideriū nō eſt niſi ad ea ad q̃ nāl'r PP Rñdet
aliqs inclinat̃ ⁊ q: tota nāe capacitas erit repleta non erit
maius deſideriū. Eſt aūt repleta capacitas nālis intellectus
nō ſolū qñ nihil pōt recipi in itellectu: ſꝫ qñ oia recepta ſunt
q̃ recipi pñt ſm cōditiōes ſpēi. Et q: hō nō ſolū hꝫ itellectuꝫ
poſſibilē q eſt totaliter in potētia ad itelligibilia: ſed ēt hꝫ ſꝫ
ſpēm intellectū agentē ſm quē reducit̃ ad intelligere i actu.
Qñ ḡ hō intellexerit oia illa q̃ intellectus agēs ſm ꝯditiōeꝫ
ſuā pōt facere intelligibilia in actu ad q̃ pōt reducere intelle
ctū poſſibilē ad actū intelligēdi erit cōpletū deſideriū intelli
gendi ſm humanā ſpēm. ¶ Iſta autē intelligibilia ſunt ea q̃
ꝑtinent ad vniuerſi ꝯſtōeꝫ.ſ. gñā ⁊ ſpēs ⁊ virtutes ⁊ ordies
ipſoꝝ ⁊ ħ per ſe. Indiuidua aūt iſtarū ſpērum ꝑ accñs cete-
ra aūt q̃ ſunt vltra hec ſunt vltra deſideriū nāle hoi ſm ſpēꝫ
iḋ iſtis habitis nō manet deſideriū. lꝫ ḡ plura ſuꝑueniāt aut
ſuꝑuenire poſſint erit qdē ad maiorem felicitatē: ⁊ tñ deſide
riū nullū manebit cū iam ſemel felicitas hita ſit. ¶ Sꝫ obij̃
ciet aliqs ꝙ ħ dato felicitas poſſet hoi ꝑuenire nāliter etiaꝫ
nō videndo eſſentiā diuinā cū oia ſint intelligibilia nālia ad
q̃ intellectus nāliter pōt: oēs tñ dicūt ꝙ hō non pōt eē btūs
ſine dei viſiōe. ¶ Dōm ꝙ lꝫ iſta nāliter deſiderent̃ ⁊ nulluꝫ QQ Rñdet obiectōi
eoꝝ ſit ſupra facultatē itellectus humani ex ꝯditiōe nāe ita
ꝙ intellectus natus ē ex viribus ſuis iſta itelligē.i. quodli-
bet eoꝝ nūq̃ꝫ tñ cōtingeret ꝙ oia iſta ꝑfecte intelligeret ꝑꝑ
multa ipedimēta ⁊ defectus q ſunt ex ꝑte hois tā ꝑꝑ orga-
na q̃ꝫ ꝑꝑ vite breuitatē ⁊ alia incōmoda. Iḋ q̃ꝫq̃ꝫ hō ſm nāꝫ
natus ſit oia hec itelligere: q: nō ſunt ſuꝑ cōditionē intelle-
ctus tñ ipol'e eſt ꝙ hō ex ſeipo illa itelligat. In dei āt eēntia
oia iſta vnica viſiōe vñr: vt. ſ. oſtēſuꝫ eſt. Iḋ ēt ſi ſolū i cogni
tiōe iſtoꝝ cōſiſteret btitudo: oportebat ꝙ hō per viſionē di-
uine eſſentie eēt btūs vt ibi iſta videret q̃ alibi videre nō po
terat. Et ſic nemo poterat eē btūs nāl'r ſed reqrit̃ viſio diuie
eſſentie q̃ ex gr̃a ē. ¶ Aliter pōt dici ad ꝑncipales.ſ. ꝙ tota
capacitas itellectus nr̃i nālis replet̃.ſ. ꝙ nō ſolū itelligemꝰ
oia illa ad q̃ intellectus agēs poterat nos reducē ad actum RR
itelligēdi: ſꝫ ēt oia illa ad q̃ itellectus pol'is ꝑtingere pōt re- Alia re
cipiēdo illa vt potētia paſſiua itelligent bti. Intellectus aūt ſponſio
pol'is nō ē in potētia nāli ad ſuſcipiendū eē intelligibile: ſed
ſolū illa q̃ intellectus agēs pōt facē eē actu itelligibilia. Vñ
nō eſt itellectus pol'is in pō nāli ad intelligēdū eſſentiā diui
nā.i. ad ħ ꝙ paſſiue ſuſcipiat eā tāq̃ꝫ formaꝫ itelligibilē ꝑ quā i
telligat. ¶ Qḋ pꝫ q: ad illa dr̃ eſſe mā i potētia nāli ad que
pōt hr̃e diſpōnes nāl'r. Vñ ille forme ad q̃s mā nō pōt diſpo
ni ꝑ aliqḋ agēs nāle nō dñr eē de illis ad q̃s mā ē in potētia
nāli lꝫ nō repugnet māe recipe tales formas. Vñ ad ħ ꝙ mā
dicat̃ eē in potētia nāli ad aliquā formā non ſolū reqritur ꝙ
nō repugnet illi ſuſcipe eā: ſꝫ ēt ꝙ ſit aliqḋ agēs nāle qḋ poſ
ſit diſpōere diſpōe vltimata mām ad illā formā: q: al's dicere
mus ꝙ reſurrectio mortuoꝝ ē nālis. qḋ falſum eſt ⁊ oēſ phi
negāt. Vñ phi atheniēſes vocauerūt paulū ſeminiuerbiū.i.
ſeminatorē verboꝝ ⁊ ānunciatorē nouoꝝ demonioꝝ q: ꝑ-
dicabat

dicabat reſurrectionē mortuoꝝ actuū.xvij. Qd aūt ſequaṫ
hijs datis reſurrectioēz mortuoꝝ eē nālem patet q: non re-
pugnat mãe recipe illā formā quā prius habuit ſi aliqd agēſ
fuerit qd poſſit eā iterum reunire materie. ¶ Intellectus tñ
poťis nō pōt per aliqd nāle agēs diſponi ad recipiendū eſſē-
tiā diuinā tāq̄ formā intelligibilē. Nā intellectus agēs non
ſufficit ad h̄ lz reducat eū in actū oīuz aliarū formaruz intel
ligibiliū. Et iō reqriṫ lumē gľie in btis ad videndū diuinam
eſſentiā ꝙ diſponat ipſuz intellectū poſſibilez ſicut diſponit
eū intellectus agens reſpectu alioꝝ intelligibiliū. Et oēs po
nunt iſtud lumē eſſe neceſſariuz vt magis oñdeṫ ſeq.q.ḡ itel
lectus poťis nō eſt nāľr in pō ad itelligēduz diuinā eēm quā
itelliget qlibet btūs ⁊ in h̄ oēs erunt eq̄les. Iō h̄ bito nō eſt
itellectus i pō ad plura intelligēduz. ¶ Licet ḡ deus poſſit
facē ꝙ qlibet beatus itelligat plura q̄ꝫ itelligit dādo ei ma-
gis de lumie gľie: tñ itellect⁹ ſuus nō eſt in pō ad maiora. ⁊
h̄ ſufficit ad eē totaľr btm̄. Hz tñ qlibet btūs h̄ ꝙ non repu-
gnat itellectui ſuo recipe plura lz nō ſit i pō nāli ad illa. Sic
nō repugnat corpori reſoluto recipe iterū aiam quā pri⁹ ha-
buit: ⁊ tñ nō eſt in pō nāli ad illā. Et iſte ē modus ꝑ quē qdā
bti pñt intelligē plura q̄ꝫ alij: ⁊ tñ oēs ſunt bti. Et lz aliqs vi
deat aliū beatiorē ſe nō deſiderat illū gradum beatitudis eo
SS ꝙ nō eſt in pō nāli ad illū lz non repugnat ei recipe ipſum ſi
ip̄robaṫ ſibi collatus fuerit. ¶ Aliq dixerūt ꝙ diuerſitas itelligendi
opinio in btis ꝓuenit ex h̄ ꝙ deus vult ea q̄ in ipſo ſunt qbuſdam
oñdere ⁊ alijs occultare. ¶ Dōm ꝙ nō ſtat: q: h̄ inuit ꝙ bti
vidētes diuinā eſſentiā poſſent videre oia q̄ in deo ſunt niſi
pª rō de⁹ vellet q̄dam illoꝝ occultare. Hoc āt falſuz ē: q: tunc quo
dāmodo ex inuidia cuz btis deus ſe hēret occultādo eis illa
q̄ ꝑ ſe videre poſſent niſi ipſe illa occultaret. ¶ Itē q: h̄ da-
2ª rō. to ſeqreṫ ꝙ hō nō indigeret lumie gľie ad cognoſcēdū diui-
nā eſſentiā ſz ꝑ ſe illā cognoſcere poſſet cū oporteret ꝙ deus
ſe occultaret ad h̄ ꝙ qlibet beatus nō videret oia q̄ i eo ſūt
3ª rō ⁊ tñ deus nō pōt videri ſine lumie gľie. ḡ nō opz ꝙ occultet
aliqd btis ſed poti⁹ ad h̄ ꝙ videant aliqd i eo neceſſe eſt ꝙ
eos adiuuet ſuꝑ nāľr ꝑ lumē gľie. ¶ Itē pz q: ſi qlibet btūs
poſſet videre ea q̄ in deo ſunt niſi deus illa occultaret. neccē
eēt ꝙ in deo eēnt ſiľitudines aliq̄ diſtincte rerū ꝑ quas bea-
ti itelligē poſſent: ⁊ tñ nulle tales ſunt vt.s̄.oñdimus ſz ſolū
dz cognoſci res i deo ſicut effect⁹ in cā. Et ad h̄ nemo pōt ꝑ
ideſt ſm virtutē que eſt pfecta ex ſpē ſua ſed etiā dꝫ eſſe pfe-
cta p diuturnitatē tēporis ꝛ multiplicationē opationuꝫ. Un
de dicit. j. Ethi. ꝙ vna opatio aut paucū tps non efficit btm̄:
ſicut vna irundo nō facit ver. ¶ Tertio dicit aliqua virtus K
perfecta q̄ātū ad modū. Nam lꝫ ſint due virtutes que habe Terti⁹ mo.
ant idē obiectū ſi vna illaꝝ hꝫ modum excellentiorē operan

di illa eſt ſimpliciter perfectior. Et ſic virtus heroica eſt perfe
ctior ꝙ̄ virtus moralis ex ſolo mō operandi q: vna mō diui-
no alia mō humano operaṫ. Ideo ſi poſſet hō quilibet conſe
qui virtutē heroicā nō ponereṫ aliqua btitudo hūana a phi-
loſophis niſi in actu virtutū heroicaꝝ: ⁊ tūc btitudo eēt ope
ratio ſm̄ virtutē perfectā que eēt perfecta oībus iſtis tribus
modis perfectionis. Q: tñ non eſt in ptāte hominis cuiuſli-
bet mō cōi ⁊ humano ꝯſequi virtutē heroicā ponunṫ btitu-
dines in operatiōe virtutis ꝑfecte per duos ꝑmos modos ꝑ
fecte. Sic aūt eſt circa dona ⁊ virtutes. Naꝫ dona ſunt habi
L tus excellētiſſimi ſicut virtutes heroice ſup̄ morales: ideo cō
uenīēti⁹ eſt poni btitudies eē operatiōes donoꝝ q̄ pñt voca
ri virtutes. iij. modū. ſ. ex parte modi. ¶ Uel poterat dici hoc
tertio mō virtus aliqua ꝑfecta ex adiūctiōe ad alias virtuteſ
ꝑfectas: q: ſi aliqs hñs virtutē vnā recipiat alias virtutes ꝑ
ficieṫ virtus ꝑcedēs ex adiūctiōe ſequentiū potius ꝙ̄ ſi ſola
eſſet. ¶ Uel melius ſi qs hēat ſimul multas virtutes ⁊ q̄dā
illaꝝ ſint minus ꝑfecte aliīs ex cōditōe ſpēi ꝯſequētur iſte ꝑ
fectionē in actibus ſuis ex adiūctione ad virtutes ꝑfectioreſ
⁊ ſic virtutes morales ꝑficiunṫ in hoīe ex adiunctiōe ad do-
na: ⁊ hoc mō poterat dici ꝙ btitudines iſte eēnt operatiōes
virtutū ꝑfectaꝝ. ſ. virtutū moraliū ꝑfectaꝝ ex adiunctiōe do
noꝝ. ¶ Dōm tñ eſt ꝙ ſunt btitudines potius operationes
M donoꝝ ꝙ̄ virtutū moraliū ꝙ̄tūcunq̄ꝫ ꝑfectaꝝ ex adiunctiōe
donoꝝ ꝓpter rōnes ſupra poſitas. ¶ Ad ꝑmū dōm ꝙ bea-
titudines vocanṫ virtutes nō ꝙ ſunt habitus virtutū ſed ꝙ
ſunt opatiōes virtutū ſicut dicimus ꝙ dare elemoſinā ē vir
N tus. i. virtutis actus. ¶ Ad. 2m dōm ꝙ ambro. ⁊ augu. attri
buunt btitudines donis ⁊ virtutibus ſicut actus attribuun
tur habitui lꝫ actus non ſit habitus ⁊ ſic ſunt actus donorū
vel virtutū. Sūt tñ actus donoꝝ in veritate ⁊ nō actus vir
tutū. ¶ Augu. tñ ⁊ ambro. attribuerūt diuerſimode. Nā au
gu. in ſermone dñi attribuit ſeptē btitudines q̄s ponit mat-
theus q̄s dicūt ꝑdicatas apl'is ſeptē donis: q: vere ſunt act⁹
ipſoꝝ donoꝝ ipſis ſeptē donis ꝯueniunt. Ambro. aūt attri-
buit eas q̄ttuor virtutib⁹ cardinalibus q: ambroſius expo-
ſuit lucā ⁊ lucas ſolū ponit q̄ttuor btitudines vt pꝫ Luc. 7.
⁊ q: ꝯueniunt q̄ttuor virtutibus moralibus ꝓpter numerū
non attribuit eas donis que ſunt ſeptē ſed virtutib⁹ cardina
libus que ſunt. iiij. Aliī dicunt ꝙ aug. accepit. vij. btitudines
q̄ ſunt ꝑfectiores ⁊ ꝑdicate fuerūt apl'is a xp̄o ſupra in litte
ra. Ambro. aūt accepit btitudines minus ꝑfectas. ſ. que ꝑdi
cate fuerūt turbis Luc. vj. Et q: dona ſunt excellētiora virtu
tibus vt ſupra dictū eſt attribuit augu. beatitudines doniſ ⁊
O ambro. attribuit virtutib⁹ cardinalibus. ¶ Ad. 3m dōm ꝙ il
la rō probat ꝙ nō ſint aliī habitus dirigentes voluntatē niſi
virtutes ⁊ dona. Et hoc ꝯcedendū eſt. Sunt tñ btitudines:
actus ⁊ ſic nō ſunt dona ⁊ virtutes ſed ſunt actus donorū.
¶ Ad. 4m dōm ꝙ lꝫ ponanṫ hic aliqua noīa virtutū non de
bent accipi pro hītibus: ſed pro actibus. Uñ mititas vel mā
ſue⁹ accipiṫ pro actu māſuetudinis: ⁊ iuſtitia ⁊ mīa ꝓut ſūt
actus iuſtitie ⁊ mīe nō prout ſunt virtutes morales: ſed ꝓut
qbuſdā donis cōpetunt iſti actus q ſunt ſil'es actib⁹ q̄rūdā
virtutū moraliū. De hīs ſcūs tho. iij. ſen. di. 34. ar. 4. ⁊. ꝑma
ſcōe. q. lxix. articulo primo.

¶ An prima beatitudo competat ad hanc vitam vel futu-
ram. Queſtio. LXXXII.

Queritur cum ſingulis btitudinibus aſſigneṫ ſingula premia vt pꝫ in lr̄a. An iſta ꝑ-
mia ꝑtineant ad hanc vitā vel ad futurā. ¶ Aliq dicūt ꝙ ſo
Opinio q̄rundam. lum ad futurā: q: hoīes dicunṫ hic bti in ſpe ⁊ nō in re obm
ꝑa rō. tñ ſpei eſt btitudo futura: g̊ ꝑmia iſta que ſpes reſpicit in vi-
ta futura erūt. ¶ Itē luc. 6. vbi ponunṫ iſte btitudines po-
2. rō. nunṫ quedā pene per oppoſitū ad btitudines cū dr̄ veh vob
qui ſaturati eſtis q: eſurietis veh vobis qui ridetis nūc quo-
niā lugebitis ⁊ flebitiſ. Iſte tñ pene nō intelligunṫ in hac vi
ta: q: ſepe hoīes mali in hac vita nō puniunṫ ſicut ꝯq̄riṫ pro
pheta ꝑs. lxxij. In labore hoīuꝫ nō ſunt ⁊ cū hoīb⁹ nō flage-
labunṫ: ⁊ Iob. xxj. dr̄. Ducūt in bonis dies ſuos g̊ ꝯñr ꝑmia
3. rō. iſta nō ꝑtinēt ad hanc vitā. ¶ Itē in ꝑma btitudine. ſ. paupꝫ
tatſ poniṫ ꝓ premio regnū celoꝝ: ⁊ illud eſt btitudo celeſtis
vt dicit augu. xxj. de ciui. dei. Aliud ꝑmium eſt qm̄ ipi ſatura
bunṫ: ⁊ tñ plena ſaturitas niſi in futura vita hr̄i nō pōt iux-
ta illud ꝑs. xvj. Saciabor cū apparuerit gl'ia tua. Et tñ ēt ſa-
cietas poniṫ hic pro ꝑmio. ¶ Etiā poniṫ hic vt ꝑmiū ꝙ filij
dei vocabunṫ: ⁊ tñ hō non erit filius dei niſi in vita eterna:
cum filius dicat aſſimilationē ad pr̄em qd̄ hēbimus in futu-
ro ſic dr̄ ꝑma. Io. j. ſ. Nondū apparuit qd̄ erimus ſcimus aūt
qm̄ cū apparuerit ſimiles ei erimus ⁊ videbimus eū ſicuti ē
⁊ ſic ꝑma iſta nō pñt ad hanc vitā ꝑtinere. ¶ Dōm ꝙ circa
iſta premia vr̄ aliq̄ diuerſitas inter doctores ſacre ſcripture. A
Quidā. n. referūt oīa iſta ꝑmia ad futurā btitudinē. Sic po-
nit ambro. ſuper lucā augu. aūt in lib. de ſermone dñi in mō-
te dicit ꝙ oīa ꝑtinent ad pñtem vitā. Chriſo. aūt in qbuſdaꝫ
omeliīs dicit q̄dā iſtoꝝ ꝑtinere ad pñteꝫ vitā ⁊ alia ad futu-
ram. ¶ Pro quo ꝯſiderādū ꝙ iſte btitudines vocanṫ ſic qa B
ſm̄ illas eſt hō in ſpe ad futurā btitudineꝫ vt dcm̄ eſt ſupra.
q. lxxx. Eſt aūt in hoīe ſpes future btitudinis ꝑꝑ duo. Uno⁰
ꝑꝑ aliquā diſpōnē vel ꝑparationē q̄ ſit in nobis ad futuram
btitudinē per modū meriti ſolū alio mō per quādā inchoatio
nem future btitudinis q̄lis hētur in hac vita in viri ſcis. cui
aūt ꝯceſſa eſt inchoatio alicui⁹ rei pōt ſpem hr̄e de comple
mento eius ꝯcedēdo. Sed nō eſt ſpes vtrobiq̄ꝫ eq̄lis ſicut ñ
eſt vtrobiq̄ꝫ eq̄lis appropinquatio. Nā ꝑmo mō ſolū eſt ſpes
de btitudine ꝑꝑ meritū ſcōo mō nō ſolū eſt meritū ſꝫ etiaꝫ q̄-
dam inchoatio btitudinis: ⁊ ſic eſt maior ſpes. ¶ Sicut aliṫ
homo hꝫ ſpem de fructu arboris qñ fructus naſci incipit ꝙ̄
qñ frondes pullulant. Primo mō btitudo eſt in oīb⁹ viriſ bo
nis cū mereanṫ illā ſcōo mō eſt in viris ſcis q hñt ꝑfectioneꝫ
magnā in hac vita. Nā hic ſepe incipiūt guſtare ꝙ̄ dulcis eſt
dñs. ¶ Cōſiderandū ēt ꝙ in iſtis btitudinib⁹ poniṫ aliqd ꝑ C
modū meriti ⁊ aliqd per modū ꝑmij. ¶ Primum eſt in ipis Q̄ō oēſ ſeptē btitudines ſūt i hac vita ſed de ꝑmio eſt dubium.
btitudinibus que ſunt diſpōnes ad futurā btitudinē. Et de
iſtis nō eſt dubiū qn oēs ſint in hac vita. Nam in futuro nul
la eaꝝ erit cū dicāt quaſdā opationes laborioſas vel afflicti-
uas de ꝑmiīs aūt que eis correſpōdent ꝯſtat ꝙ nō ſunt diſpoſi-
tiōes ad aliqd merendū cū dicāt quaſdā ꝑfectiōes delectabi
les ⁊ ſine aliquo labore vt hr̄e regnū celoꝝ ⁊ videre deuꝫ ⁊
ſaturari ⁊ ſic de ceteris. ¶ Et de iſtis eſt rōnabiliter dubiuꝫ
an ſint in hac vita vel in futura. Et dōm eſt ꝙ q̄dā illoꝝ di-
cunt ipſaꝫ eēntiā btitudinis future ſicut videre deū ⁊ habe-
re regnū celoꝝ: ⁊ iſta nō pñt hr̄i ꝑfecte in hac vita ſed ſci vi-
ri hñt aliqñ hic aliquā inchoationē iſtius btitudinis q: aliq̊
mō vident deū lꝫ nō per eēntiā q: nō legimus niſi de moyſe
⁊ paulo vt declaratū eſt ſupra. q. xlvj. ſed ꝑ quendā modū ex
cellētē qui nō eſt oīno per ſpeculū ⁊ in enigmate. Et talis vi
ſio reficit mēteꝫ eoꝝ oī gaudio. Hñt etiā aliqd de regno celo-
rum q: aliquā participationē habēt bonoꝝ celeſtiū. ¶ Alia
ſunt premia que nō dicunt ipſaꝫ eēntiā btitudinis lꝫ aliquo
mō pertineāt ad btitudinē vt ꝯſeq mīam ⁊ vocari filiū dei ⁊
ꝯſolari. Et iſta pñt adhuc perfectius hr̄i a viris ſcis in hac
vita. Uñ pōt dici ꝙ q̄dā iſtoꝝ pñt hic hr̄i perfecte alia auteꝫ
ſm̄ inchoationē. ¶ Et hoc mō ꝯcordabunṫ dicta doctoruꝫ. D
Nam augu. vult ꝙ habeanṫ oīa ꝑmia in hac vita. Q̄ō verū
eſt ſaltē ad q̄ndā inchoationē: q: nullū iſtoꝝ eſt ꝙ̄tūcūq̄ꝫ ꝑ-
fectū cuius ꝑtē aliquātulā nō guſtēt ſci in hac vita. Nā ma-
ximū eoꝝ eſt videre deū ⁊ tñ iſtud multis ꝯcediṫ imo oībus
ſcis ꝑfectis in hac vita vt doctores volūt cū ēt graduſ ille ſū
mus viſiōis. ſ. p eēntiā qbuſdā ſcis hic ad horā collat⁹ fuerit
ſcꝫ paulo ⁊ moyſi. ¶ Ambroſius aūt dicit oīa ꝑtinere ad fu
turā vitā. Q̄ō veꝝ eſt ꝙ̄tū ad ꝑfectionē ipoꝝ. Nā lꝫ in viris
ſcis ſint hic q̄dā deguſtatiōes iſtoꝝ ꝑmioꝝ in nullo tñ cōſu
manṫ cū in hac vita nō debeat eē ꝑfectū bonū hoīs. ¶ Chri
ſo. dicit q̄dā iſtoꝝ hr̄i hic ⁊ q̄dā i futuro q: q̄dā eoꝝ que nō
dicūt ipaꝫ eēntiaꝫ btitudinis hñr q̄ſi plene i pñti ſiē mīaꝫ cō
ſeq: ⁊ vocari filios dei alia aūt. ſ. q̄ dicūt ipſaꝫ eēntiā btitudi- E
nis dicunṫ nō hr̄i hic q: ꝓ minima ꝑte hñtur. ¶ Aliter pōt
dici ⁊ adhuc magis plane ꝙ tota iſta diſcordia ꝓuenit ex di Premia btitudinū i hac vita diuerſimode hr̄i poſſunt.
uerſo mō exponēdi ꝑmia btitudinū. Nā vno mō exponēdo
pñt hic hr̄i oīa ꝑmia ēt plene alio mō exponēdo nullū eoruꝫ
hēbiṫ in pñti. Exponēdo aūt medio modo. ſ. miſcēdo iſtas du
as expoſitiōes hēbunṫ hic q̄dā: ⁊ alia nō. ¶ De ꝑma expoſi
tione pꝫ. Nā primū ꝑmiū eſt hr̄e regnū celoꝝ: ⁊ iſtud ſm̄ q̄ſ-
dam ſignificat initiū ꝑfecte ſapie. Ita augu. exponit: ⁊ cōmu
niter doc. dicūt ꝙ aliqñ accipiṫ regnū celoꝝ pro intellectu ſa
cre ſcripture. Sic accipiṫ qñ xp̄s dixit iudeis. ī. xxj. c. Aufer-
retur a vobis regnū celoꝝ ⁊ dabiṫ genti faciēti iuſtitiā eius
ideſt auferreṫ a vobis itellectus ſacre ſcripture: q: non vultis
eam intelligere ⁊ dabitur genti facienti iuſtitiā eius. i. que i-
pleat illam iuſte ſicut intelligi debet. Hoc mō regnū celorū in
ꝑſenti

in p̄ñti hr̄i pōt: q2 multis viris bonis deus dat hic initiū ve-
re ſapie plene. i. plene hn̄t initium ſapie lʒ nō hēant plene ip
2ᵐ p̄mi. ſaʒ ſapiētiā. ¶ Scdm̄ p̄miū eſt ꝙ poſſidebunt terrā: ⁊ pōt i
telligi de poſſione terre ſm̄ lr̄am: ſicut dr̄ p̄s. xxxvi. Māſue
ti aūt poſſidebunt terrā ⁊ delectabunt in multitudine pacis
Et itelligit etiā de p̄ñti ſtatu. Uel pōt itelligi poſſidere terrā
3ᵐ p̄mi. i. eſt pacificū hr̄e deſideriū: ⁊ iſtud hoi in p̄ñti ꝯuenire pōt.
¶ Tertiū p̄miū eſt cōſolari: ⁊ pōt intelligi pro ꝯſolatione
quā hō accipit per ſp̄m ſcm̄ in oibus in quibus deū inuocat
cū ipſe dicat paraclitus. i. ꝯſolator. Joā. xiiij. ⁊ hoc ēt in p̄ſen-
4. p̄mi. ti hētur. ¶ Quartū premium eſt ſaturari: ⁊ pōt intelligi de
ſaturitate illius cibi de quo xp̄s loquebat qñ dixit: meus cibꝰ
eſt vt faciā voluntatē p̄ris mei. Et hanc ſaturitatē hō hʒ quā
do gaudet ꝙ voluntas dei impleat: q2 hoc petimus in orō-
5. p̄miū ne dn̄ica dicētes: fiat voluntas tua ſeqnti. c. ¶ Quintū pre-
mium eſt m̄iam ſuſcipere. Et hoc ſatis cōuenit in p̄ñti quia
6. p̄miū. ſemp nobis deus miseret. ¶ Sextū premium eſt videre deū
qd̄ etiā cōtingit hic in viris ſcis: qui purgato oculo mentis de
7. p̄miū. um vident: lʒ nō videāt ſicut in vita eterna videt. ¶ Septi-
mum p̄mium eſt vocari filiū dei. Qd̄ etiā hō h̄ hr̄e pōt: q2 fili
us hʒ ſimilitudinē p̄ris. Et q2 ad deum ꝑtinet pacē ponere i
oibus rebus vniuerſi. Juxta illud Job. xxv. Qui facit paceʒ
in ſublimibus ſuis. Qui ergo ad ſimilitudinē dei hic pacem
hʒ ⁊ alios ad pacē reducere conat: filius dei vocari poteſt.
¶ Per iſtū modū exponēdi ⁊ ſimiles p̄ñt oia iſta p̄mia hr̄i
in via. Et ſic exponit ea augu. in lib. de ſermone dn̄i. Et ſan-
F ctus Tho. poſt eū dicēs ꝙ regnū celoꝝ pōt intelligi perfe
cte ſapie initiuʒ ſm̄ ꝙ incipit in eis ſp̄ūs regnare. Poſſeſſio
etiā terre ſignat affectū bonū aie requieſcētis per deſideriuʒ
in ſtabilitate hereditatis perpetue per terrā ſignate. Conſo-
lantur ēt in hac vita per ſp̄m ſcm̄ qui paraclitus. i. cōſolator
dr̄. Saturantur etiā illo cibo de quo dn̄s dicit: cibꝰ meus eſt
vt faciā voluntatē p̄ris mei. M̄iam etiā in hac vita cōſequū
tur. Hic etiā purgato oculo per donū intellectꝰ deus quodā-
modo videri pōt. Et in hac vita qui motus ſuos ꝑficiunt ad
dei ſimilitudinē filij dei vocant. Hoc mō neceſſe eſt dici iſta p̄
mia in hac vita habita fuiſſe a multis viris ſcis. ¶ Sic dicit
aug. in lib. de ſermone dn̄i in monte. Jſta quidē premia i hac
vita cōpleri p̄ñt ſicut cōpleta fuiſſe in apl'is credunt. Nā il-
la oimoda in angelicā formā mutatio que poſt hanc vitā ꝓ-
G mittitur nullis v̄bis exponi pōt. ¶ Alio mō p̄ñt iſta premia
pᵐ p̄mi. exponi. Primū eſt regnum celoꝝ qd̄ ſignificat manſionē in
celo empyreo vbi ſcti regnāt cū xp̄o i eternū apoc. v. Et hoc
nō pōt eē in vita. ¶ Scdm̄ eſt poſſidere terrā nō intelligen-
2ᵐ. do de hac corruptibili in qua hoies moriunt: ſed de illa de q̄
dr̄. p̄s. cxiij. Portio mea dn̄e ſit in terra viuentiū. i. in terra i
qua ſemp viuitur que eſt vita eterna: ⁊ hic hr̄i non poteſt.
3 ¶ Tertium eſt ꝯſolari: qd̄ nō ſignificat iperfectā conſolatio
nem: ſed illam cui nō ſuccedit aliq̄ anguſtia vel luctꝰ de quo
hō indigeat iteꝝ cōſolari: ⁊ hoc cōtingit poſt hanc vitā apo
ca. vij. Ante thronū dei ſunt die ac nocte: ⁊ q ſedet ſup thro
no hitat ſuper illos nō eſuriēt nec ſitiēt amplius nec cadet
ſup illos ſol nec vllus eſtus: qm̄ agnus qui in medio throni
eſt reget illos: ⁊ deducet eos ad vite fontes aquaꝝ ⁊ abſter
get deus oēm lachrimā ab oculis eoꝝ. Hoc tn̄ manifeſtū eſt
ꝙ nō erit niſi poſt mortē cū dicat ꝙ iſti ſunt die ac nocte an
4 te thronū dei. ¶ Quartū eſt ſaturari. Et de hoc planū eſt ꝙ
plena ſaturitas in hac vita hr̄i nō pōt: ſed poſt mortē. p̄s. 16.
5 Saciabor cū apparuerit gl'ia tua. ¶ Quintū eſt cōſeq miſe
ricordiā. Eſt aūt ꝑfecta m̄ia cū miſer oino liberat a miſia qd̄
in hac vita nō cōtingit ſed poſt mortē qñ deꝰ abſterget om-
nem lachrimā ab oculis ſcōꝝ. Apoc. vij. miſericordia autem
que hic eſt: q2 adhuc cū miſeria mixta manet nomē miſericor
6 die plene nō ꝯſequit. ¶ Sextū eſt deū videre: qd̄ hic nō con
tingit q2 exodi. xxxiij. dr̄. Non videbit me hō ⁊ viuet. i. nō vi
debit me hō q̄ʒdiu viuit. Et ſic q̄ʒtūcunqʒ viri ſci per donuʒ
intellectꝰ elleuent hic ad cognoſcendū deū nō vidēt deū ſed
aliquā dei ſimilitudinē que eſt effectus eius. Sic dicit Dio-
ny. in epl'a ad gaiū monachū: ꝙ qui putauerit ſe hic deū vi-
diſſe nō vidit deum: ſed aliqd diuioꝝ. Nam altiſſima cogni
7 tio quā hō pōt hic hr̄e de deo eſt ꝙ cōiungat hō ei q̄ſi vt in
noto: vt ait Diony. lib. de myſtica theoª. ¶ Septimū eſt vo-
cari filiū dei. Habet aūt filius expreſſaʒ p̄ris ſimilitudinē. Nō
videbit tn̄ quomō hēat hō dei ſil'itudinē quouſqʒ ipſe deꝰ vi
deat: ⁊ tunc apparebit quomō filij dei ſumus nūc aūt nō ap

paret. ¶ Sic dicit. j. Joā. iij. Nondū apparuit qd̄ erimus ſci-
mus aūt qm̄ cū apparuerit ſil'es ei erimus videbimus euʒ ſi
cuti eſt. Ergo nemo eſt de quo hic apparere poſſit quomodo
ſit filius dei q2 nōdum apparuit qd̄ erimus: maxime q2 nūc
nō poſſumus eē ſimiles ei quouſqʒ appareat quod erimus.
¶ Hoc mō oia iſta p̄mia pertinent ad vitā futurā. Et ſic po- H
ſuit ambro. ⁊ valde ꝯſequēter. ¶ Tertio mō p̄ñt exponi iſta
p̄mia mixtim: partiʒ ſequēdo vnā expoſitionē: ⁊ partim aliā.
Et tūc oia que fuerint expoſita per primū modū pertinebūt
ad vitam p̄ñteʒ: ⁊ oia que per ſcdm̄ modū ꝑtinebūt ad futu-
ram. Et ſic expoſuit chriſo. in ſuis omelijs dicēs q̄daʒ p̄mia
pertinere ad p̄ñtem vitā ⁊ alia ad futurā. De hijs ſcūs Tho I
mas. j. ij. q. lxix. ar. ij. ¶ Ad p̄mum dd̄ᵐ ꝙ ſpes nō ſolū eſt de
btitudine ſed etiā de gr̄a per quā ꝑuenit ad btitudineʒ ⁊ de
oibus medijs ꝑueniendi. Uñ dr̄ hō ſperare a deo adiutoriuʒ
in auguſtijs p̄ñtibꝰ. p̄s. xv. Cōſerua me dn̄e qm̄ ſperaui in te
⁊. p̄s. xxj. Jn te ſperauerunt p̄res nr̄i ⁊ liberaſti eos. ¶ Uel
pōt dici ꝙ ſpes eſt de btitudine. Et dr̄ aliqs btūs in ſpe pro-
pter btitudinem illā que eſt in futuro. Jſta tn̄ p̄mia que ponū
tur in iſtis btitudinibus ſm̄ modum exponēdi aug. poſſunt
hr̄i in hac vita vt ſupra oñdimus. Et ſic per iſta p̄mia nō di-
cet aliqs btūs in ſpe ſed in re: q2 realiter illa hʒ: ⁊ tn̄ btitudo
oium ꝑfecta. Et ſic nō arguit ꝯuenienter ꝙ p̄mia iſta ſint in
futuro q2 ſumus nūc bti in ſpe cū btitudo in ſpe nō ſit q̄ ha-
betur per iſta p̄mia: ſed p viſionē dei. Jdeo poterunt eē p̄mia
iſta in p̄ñti volendo tenere modum exponēdi aug. ¶ Ad. ij. K
dd̄m ꝙ tā pene maloꝝ q̄ʒ p̄mia bonoꝝ ſunt in p̄ñti quantū
ad aliqd lʒ nō ꝑfecta pena maloꝝ. Nec cōſumatur gaudiuʒ
bonoꝝ: ⁊ maxie de penis ſp̄ualibus ⁊ gaudijs: q2 lʒ mali in
p̄ñti aliqñ careant penis corꝑalibus nunq̄ʒ tn̄ carent penis
ſp̄ualibus: q2 intra ſe affligunt p̄ iniquitate ꝯſcie. Sic dic̄ au
gu. pᵒ cōfeſ. Juſiſti dn̄e: ⁊ ſic eſt vt pena ſit ſibi ois inordina
tus aius ⁊ ariſto. ix. ethi. dicit de malis ꝙ cōtēdit ipoꝝ ani-
ma ⁊ hoc qdē trahit huc illud aūt illuc: ⁊ cōcludit. Si auteʒ
miſerū eſt ſic malū eē: fugiendū eſt eē malū itēſe. ¶ Sic etiā
de bonis: qui lʒ in hac vita nō hēant ſemp corꝑalia p̄mia ſpi
ritualia tn̄ eis nunq̄ʒ deſunt. Nā etiā corꝑalia hn̄t cū xp̄s di-
xit. Matt. x. ꝙ nemo eſt qui dimiſerit domū aut fr̄es aut ſoro
res aut p̄rem: aut matrē: aut filios: aut agros ꝓpter me ⁊ ꝓ
pter euāgeliū qui nō accipiat cēties tm̄ nunc in p̄ñti tēpore:
⁊ in ſeculo futuro vitā eternā. ¶ Dicendū tn̄ ꝙ ille pene q̄s
xp̄s poſuit Luc̄. vj. ſ. veh vobis qui rideť ⁊c̄. ſm̄ veritatē ma
gis intelligunt de futuro q̄ʒ de p̄ñti: q2 ibi mali lugebūt ⁊ fle
bunt: eo ꝙ ligatis manibus ⁊ pedibꝰ mittētur in tenebras
exteriores vbi erit fletus ⁊ ſtridor dētiū. j. xiij. ⁊. xxv. Et iſtū
modū exponendi tenuit Ambro. ſup lucā dicēs ꝙ tam pre-
mia q̄ʒ pene ꝑtinēt ad futurā vitā. ¶ Ad. 3ᵐ. dd̄ ꝙ oia iſta p̄
mia p̄ñt exponi in tali ſenſu ꝙ ſint omnia in p̄ſenti ſicut ex- L
poſuimus ſupra ſm̄ Augu. licet ſm̄ alium modum omnia ꝑ
tineant ad vitam futuram.
¶ An ꝯuenieñter ⁊ ſufficieñter h̄ enumeret btitudies. Q. 83.
**Queritur** an btitudines cōuenieñter ⁊ ſufficien
ter numerent hic. ¶ Dicunt qdaʒ ꝙ Opinio q̄-
nō: q2 ſunt plures alie btitudines in ſacra ſcriptura q̄ nō ꝑ- rundam
tinent ad iſtas ſicut Job. v. dr̄. Btūs hō qui corripit a deo: ⁊ pª rō.
p̄s. j. dr̄. Btūs vir qui nō abijt in ꝯſilio ipioꝝ: ⁊ Prouerb. iij.
dr̄. Btūs vir qui inuenit ſapiam. Et illud btūs vir qui inuen
tus eſt ſine macula: ⁊ illō iacobi. j. Btūs vir q ſuffert tentatio
nem: ⁊ ſimiles btitudines quaꝝ nulla ponit hic. ¶ Jtē hic 2. rō.
ponūtur octo btitudines vt vr̄: ⁊ Luc̄. vj. ponūtur ſolū q̄ttu
or: ergo hic vel ibi enumerant incōuenieñter. ¶ Jtē btitudi- 3. rō.
nes dn̄r attribui donis ſp̄ūs ſci. Dona aūt ſunt ſeptē ⁊ tamē
btitudines ponūtur octo. ¶ Dōm ꝙ btitudines enumeran A
tur hic ꝯuenieñter ⁊ p̄ſupponēdū eſt ꝙ iſte btitudines nō ſūt
ipſa vera btitudo q̄ vnica eſt ſed diſponūt hoiem ad btitudi-
nem vel dant ſpē eiꝰ aut q̄ndā deguſtationē imꝑfectā illius
vt oñſū ē ſupra. q. lxxx. Btitudo aūt eſt oꝑatio perfectiſſima
rei viuētis ſm̄ nām rōnalē vt dicit Boetius de conſola. lib. ij.
ꝓſa. v. btitudo eſt ſummū bonū nature rōne degentis: ⁊ q̄a
btitudo fundat in vita ſm̄ differētiā vite eſt differentia btitu
dinis. ¶ Tres aūt vite aſſignant vt ait ariſto. j. ethico. ſ. vo- B
luptuoſa ciuilis: ⁊ cōtēplatiua: ⁊ ab hijs denominant tres
btitudines eis rn̄dentes. ſ. voluptuoſa: practica: ⁊ ſpeculati-
ua. Jſte tres beatitudines ꝑtinent ad hanc vitam ⁊ q2 vera
beatitudo non poteſt haberi in vita iſta vt oſtenſuʒ eſt ſupra

q.xlvij. opꝫ ordinari iſtas ad illam. ¶ Prima autē eaꝝ .ſ. vo-
luptuoſa eſt falſa btitudo ideo nō pōt ordinari ad verā bea-
titudinē ſed potius preſtat ipedimentū ad illā. Et q2 per bti
tudines hic poſitas ordinamur ad verā beatitudinē. Et ad
hoc ꝙ quis tendat in aliquē finē non ſolū requiritur ꝙ ha-
beat ea que in illū dirigunt ſed ꝙ etiā prius caueat omnia q̄
tendentē ad illū finē impediunt. Jdeo per beatitudines hic
poſitas primo excludit̄ beatitudo voluptuoſa deinde ponū-
tur aliq̄ ptinētia ad beatitudinē practicā ⁊ ſpeclatiuā pſen
tis tēpoꝝ que dirigūt in futurā beatitudinem. ¶ Voluptuo
E ſa autē beatitudo in duobꝰ conſiſtit ſcꝫ in habūdantia reruꝫ
exterioꝝ ſicut ſunt diuitie ⁊ honores ⁊ potētie temporales.
¶ Scōm eſt in delectatione ipſa que eſt ſequēdo paſſiones
ꝓprias. ¶ Omnia aūt hec caueri pnt tā per virtutes mora-
les q̄ꝫ per dona q2 eadē oba habēt. Et tn̄ dona hn̄t actus per
fectiores q̄ꝫ virtutes morales ſicut heroice virtutes ſunt ex-
cellentiores moralibus vt oñſum eſt ſupra.q.lxxxj. Perfecti
us ergo ſe hēbit hō per actus donoꝝ circa h̄. q̄ꝫ per actꝰ vir-
D tutum. ¶ Circa primū .ſ. diuitias honores ⁊ potentiā. hꝫ ſe
Circa diuitias. hō couenienter per moralē virtutē. Nā diuitie ad liberalita-
tem ptinēt per quā decēter expendunt̄ in mediocribus expē
ſis. Ad magnificentiā aūt ptinent in q̄ꝫtū miniſtrant̄ decen-
ter in magnis expēſis ⁊ nō quottidianis: de qbus ariſto.iiij.
ethi.c. de liberalitate: ⁊.c. de magnificentia. ¶ Honore autē
decēter qs vtitur per virtutē philotimie: vel q̄ ſm alios inno
Circa honorem. minata eſt: ⁊ hec in paruiſ honoribꝰ. hꝫ aūt ſe decēter in ma
gnis per virtutē magnanimitatis de qbꝰ ariſto.iiij.ethi.c. de
Circa adminiſtrationē potentie magnanimitate. ¶ Circa adminiſtrationē potētie couenien
ter quis ſe hꝫ per virtutē iuſtitie vt dr̄.v.ethi. ¶ Circa oia tn̄
iſta excellētius qs ſe hꝫ per actū doni cōtēnēdo ⁊ abijciendo
oia hec pp deſideriū futuroꝝ bonoruꝫ. Et q2 btitudines iſte
E ſunt actus donoꝝ vt oñdimus ſupra.q.lxxxj. Prima btitu-
do eſt pauptas ſpūs per quā qs volūtarie contēnit ⁊ abijcit
diuitias honorē ptātē ⁊ cetera bona huius ſeculi: vt ſic ſoli
xp̄o expeditꝰ militet. Et eſt iſta pauptas ſpūs .i. voluntaria
q2 ſi ex neceſſitate aduenerit ſiue ex i potētia ptiebit ad quā
dam virtutē pacienter tollerare pauptatē tn̄, nō vocabit̄ bea
titudo que eſt pauptas ſpūs: nec etiā erit actus doni: ſed erit
actus virtutis moralis q2 per humanā virtutē pōt hō ſuſti-
F nere decēter pauptatē. ¶ Scōm in quo cōſiſtit voluptuoſa
btitudo eſt ſequi paſſiones ꝓprias que ſunt in parte iraſcibi
li: ⁊ concupiſcibili. ¶ Circa iraſcibilem mediocriter ſe habet
quis decenter refrenando iram per virtutem manſuetudi-
nis de qua ariſto.iiij.ethico.capi. de manſuetudine. Excelleu
tius tn̄ ſe habꝫ circa hoc per actum doni reddendo totaliter
hoieꝫ trāquillū a paſſione iracūdie. Jta vt iā nullus motꝰ eiꝰ
inſurgat: per virtutē aūt māſuetudinis frenat̄ ira inſurgens
⁊ tn̄ nō tollit̄ qn aliqn̄ inſurgat. ¶ Etiā per manſuetudineꝫ
aliqn̄ iniurias ſuſtinemus: ⁊ aliqn̄ vindicamus. iiij.ethi. qui
aūt per actū doni a paſſione ire trāquilluſ reddit̄ nihil hꝫ qō
vindicet. ¶ Jdeo circa hoc ponit̄ ſcōa btitudo .ſ. bti mites ⁊
G eē mitē eſt magis q̄ꝫ eē māſuetū. lꝫ aliq putāt eē idē. Ne tam̄
aliq errarēt cū hic nō ponant̄ virtutes morales nec actꝰ eaꝝ
ſed actus donoꝝ qui ſunt valde excellētiores nō dictū ē bea
ti māſueti ſꝫ bti mites: eo ꝙ māſuetudo nomē v̄tutis moraliſ
H eſt. ¶ Jn parte etiā cōcupiſcibili ſunt paſſiones quas ſequū
tur voluptuoſi .ſ. delectatiōes in guſtu: ⁊ tactu ⁊ ceteris ſen
ſibus. ¶ Circa iſtas aūt decēter ſe hꝫ quis per tēperātiā que
eſt virtus moralis vtēdo eis vel abſtinendo ſicut rō ſuadet.
De quo ari.iiij.ethi.c. de tēperātia: ſed excellētius ſe hēt circa
eas per actū doni oino eas reprimēdo: ⁊ abſtinendo ab illis
imo ⁊ luctū volūtariū in hac vita ſibi iponēdo: qō fit abſtinē
do ab oi delectatione: ſicut dr̄ .j. Pe.ij. Obſecro vos tanq̄ꝫ ad
uenas ⁊ peregrinos a carnalibꝰ deſiderijs abſtinere. Et tam̄
ois delectatio ſenſitiua eſt carnale deſideriū. ¶ Ob hoc eſt
tertia btitudo .ſ. bti qui lugēt: ⁊ hoc fit abſtinēdo a delectabi
li q2 qui in aliquo delectant̄ nō lugēt. ¶ Jſte tres btitudies
diſponūt hoieꝫ ad verā btitudinē tollēdo oia illa, q̄ ptinēt ad
btitudinē voluptuoſaꝫ q̄ a vera btitudine diſtrahit. ¶ Ma-
net aūt practica btitudo que couenieter ordinatur ad veraꝫ
beatitudinem ⁊ conſiſtit in operatiōe virtutis ⁊ maxime cir
ca illa in quibus quis cum proximo conuerſatur Ea vero in
qbus couerſamur ad ꝓximā pn̄t interdū habere rationem
debiti ⁊ interdū eē ſpōtanea. Jn eis v̄o q̄ debita ſunt habet
ſe quis decēter ad ꝓximū ꝙ ea illi reddat nō fraudādo in ali
quo ius ꝓximi qō fit per iuſtitiā cōmutatiuā ⁊ diſtributiuaꝫ
de qbus.v.ethi. ¶ Excellētius tn̄ ſe hꝫ quis circa hoc p actꝰ
doni .ſ. ꝙ nō ſolū ꝓximo ſua reddat: ſꝫ etiā cū ardenti deſide-
rio illa det ſicut eſuriēs ⁊ ſitiēs ardēti deſiderio cibū ⁊ potū K
capit. Jdeo .iiij. btitudo eſt beati qui eſuriūt ⁊ ſitiūt iuſtitiaꝫ
ideſt ardēter illā amant. ¶ Circa illa aūt que ſunt ſpōtanea
bene ſe hꝫ qs per virtutē moralē donando amicis ⁊ cognatꝭ
⁊ alijs nobis cōiunctis per virtutē liberalitatis aut magnifi
centie. Donū tn̄ excellētius ſe hꝫ in hijs ita ꝙ nō ſolum ami
cis vel cōiūctis ex hoc intuitu aliqd demꝰ ſed etiā extneiſ pau
peribus pp ſolā xp̄i reuerentiā liberaliter tribuamus. Naꝫ ſi
ſolū dederimus amicis ⁊ cōiunctis nr̄is nihil ſpāle facimus
ſi aūt oibus pp xp̄m damus eſt excellētius: ⁊ in hoc deū imi
tamur .j. in lr̄a ſi diligitis eos qui vos diligunt quā mercedē
habebitis. Nōne ⁊ publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritiſ
frēs vr̄os tm̄ qd amplius facitiſ. Jdeo pfectionē ponebat ibi
xp̄s ꝙ diligeremus oēs etiā inimicos ⁊ oraremꝰ ꝓ eis. Hoc
etiā eſt: q2 qui dat amico vel cognato pōt expectare retributi
onem qui aūt pauperi extneo ꝓpter xp̄um dat nihil inde ſpe
rat. Et ſic eſt actus excellētior. Unde dr̄ Luc.xiiij. cum facis
prandiū aut cenā noli vocare amicoſ aut frēs tuos ſed voca
pauperes ⁊ debiles ⁊c. qui nō hn̄t retribuere tibi. ¶ Vel pt
intelligi ꝙ in ſpōtaneis hꝫ ſe quis decēter per virtutē erogā
do nō ſolum cōiūctis ſed etiā extneis. Et tn̄ excellētius ſe hꝫ
per donū nō ſolū dando ſed eoꝝ miſeriā in ſe trāſumēdo ſcili
cet cōdolendo eis ꝙ miſeriā patiant̄. Et ſm hoc ponit̄ beati
tudo .v. beati miſericordes .i. qui miſeris tribuūt vel miſeroꝝ
anguſtiā in ſe accipiūt. Naꝫ diuitibꝰ tribuere vel amicis non
dicit̄ miſericordia ſed liberalitas vel magnificētia. ¶ Contē
platiua aūt btitudo pōt accipi vt pfecta vel impfecta. ¶ Si L
perfecta ſic eſt eēntialiter ipa btitudo futura. Nam non dici
tur pfecta cōtēplatio vel ſpeculatio niſi quando eſt actus in
tellectus optime diſpoſiti ⁊ circa obiectum optimum. Jſtud
aūt nō cōtingit niſi qs viderit deū per eēntiā. Nam tunc erit
obiectū optimū .ſ. deus: ⁊ intellectꝰ optime diſpoſitus q2 cla
re videbit ⁊ perficiet̄ per ipſaꝫ diuinā eēntiā q̄ vnietur ei tan
q̄ꝫ forma itelligibilis vt per eam deū intelligat vt oſtēſum eſt
ſupra.q.xl. Et iſta eſt beatitudo eēntialiter .j. quā non eſt ali-
qua ſpeculatio pfecta hoc aūt non pōt haberi in hac vita vt
oſtēſum eſt ſupra.q.xlvij. ¶ Si aūt ſit cōtemplatio imperfe- M
cta eſt quedā incohatio beatitudinis iō inter iſtas beatitudi
nes non pōt aliq̄ correſpondere ſpeculatiue beatitudini. Et
pꝫ hoc q2 iſte beatitudines dicunt quedā merita cū ſint q̄dā
actiones difficiles vt eē pauperē ſpū: ⁊ lugere: ⁊ hr̄e cor mū
duꝫ: ⁊ ſic de ceteriſ: beatitudo aūt cōtēplatiua ſi eſt perfecta
eſt totū premium. Si autē eſt iperfecta eſt quedā pars p̄mij.
Jdeo p beatitudine contēplatiua non pōt hic reſpōdere ali-
qua beatitudo. Sed reſpōdēt p̄mia beatitudinuꝫ ⁊ poſſunt
reſpōdere oia premia que ponunt̄ hic cū oia habeant̄ perfe
te in beatitudine eterna que eſt dei viſio ſpālius tn̄ reſpōdēt
premia duaꝝ beatitudinū ſequentiū ſcilicet ſexte ⁊ ſeptime.
¶ Premium ſexte eſt qm̄ ipſi deū videbūt: ⁊ iſte eſt propriꝰ N
actus beatitudinis cōtemplatiue. ¶ Reſpondet etiā p̄miuꝫ
ſeptime .ſ. filij dei vocabunt̄. Nam filius dicit̄ per ſimilitudi-
nem patris. Et nos tunc ꝓprie erimus filij dei q2 ei ſimiles
erimus. Et iſtud ſolum erit quādo eū videbimus .j. Joan.iij.
Nondū apparuit qd erimus. Scimus qm̄ cum apparuit ſi-
miles ei erimus: qm̄ videbimus eū ſicuti eſt. Et ſic lꝫ non re-
ſpondeant btitudines iſte beatitudini cōtēplatiue reſpondēt
ei premia eaꝝ. ¶ Jſte aūt due btitudines rn̄dēt beatitudini O
practice que ad ipſam cōtemplatiuā diſponit. Et q2 ad vidē
dum deum qō eſt premiū requirit̄ mundicia itellectus: ſicut
ad videndū colores requirit̄ mundicia oculi ponit̄ ſexta bea
titudo beati mūdo corde ⁊ iſta mūditia cauſat̄ in homine p
actus virtutum moraliū que retificant appetitū noſtrū ⁊ tūc
dicitur eſſe cor mundum. ¶ Poteſt etiā applicari iſta beati-
tudo ſequens ſicut expoſuimus eam ſupra in expoſitiōe lit-
tere. ¶ Septima etiā beatitudo ptinet ad beatitudinē pra-
cticam que dirigit hominē ad ꝓximū in hoc ꝙ caueat ei ma
la inferre vel cōturbare ipſum. Et hoc eſt per pacē quam ha
bet ad ipſum. Et ſic ſeptima beatitudo ponitur beati pacifici.
De hijs ſanctus Tho .j.ij.q.lxix.ar.iij. ¶ Ad p̄mum dicēdū
ꝙ beatitudines ſufficiēter enumerātur hic: quia neceſſe eſt P
omnes beatitudines que narrantur in ſacra ſcriptura eē ali
quas de iſtis vel reduci ad iſtas quātū ad ipas beatitudineſ
que

que ſunt merita quedā vel quātū ad earum p̄mia: quia ne ceſſe eſt ꝙ omnes beatitudines quecunqʒ ſint pertineāt ad vitam actiuam vel ad contēplatiuā. Nam ad voluptuoſam nulla beatitudo ꝑtinet de iſtis quia ipſa eſt falſa beatitudo. Et ponuntur hic tres beatitudines ad excludendum eaʒ ſci licet tres p̄ime vt dictum eſt: quattuoꝛ ſequentes pertinent ad vitam actiuam: cum ad contemplatiuam pertinere nulla poſſit pp cauſam ſupꝛa dictam: ⁊ competūt ille quattuoꝛ ſic q: aut cōſiderat̄ actus beatitudinis actiue in quantū dirigit ad cōtēplatiuā vel in quantū dirigit hominē vt bene ſe habe at ad ꝓximū. ¶ Si pꝛimo modo cōpetit vna beatitudo ſcili cet mūdicia coꝛdis vt dictū eſt. ¶ Si ſcōo mō aut homo be

Q ne ſe habet ad ꝓximū in nō nocēdo ei: aut benefaciendo ei: quātū ad p̄m̄ cōpetit beatitudo ſeptima. ſ. beati pacifici: q: per pacē nō cōturbamus ꝓximos. ¶ Quantū ad ſcōm aut ſe habet bene hō in eis que habēt rōneʒ debiti: ⁊ ſic eſt bea titudo quarta. ſ. beati qui eſuriunt ⁊ ſitiūt iuſtitiā. Aut in eiſ que ſunt ſpōtanea: ⁊ ſic eſt beatitudo quinta ſcʒ beati miſe ricoꝛdes. Et hoc mō in iſtis ſeptē habet̄ ſufficientia beatitu

R dinū. ¶ Et oēs alie ad iſtas reduci poſſunt. Et qn̄ dicit̄. bea tus vir qui coꝛripit̄ a deo: pertinet ad beatitudinē luctus qa qui coꝛripit̄ a deo ammonet̄ ab eo penitentiā facere de pecca tis. Nam ꝓpter peccata coꝛripit̄ ⁊ tamē penitētia eſt ꝓterita mala plāgere vt ait Yſidoꝛus. ¶ Cum aūt dr̄. Btūs vir q nō abijt in cōſilio impioꝝ pertinet ad beatitudinē ſextā que eſt coꝛdis mūditia: q: qui nunqʒ abijt in cōſilio impioꝝ coꝛ mū dum hʒ. ¶ Cum aūt dr̄. btūs qui inuenit ſapiētiā a deo non reducit̄ ad beatitudinē aliquā: ſed ad p̄miū ſeptime beatitu dinis. Nā qui ſapiētia a deo inuenit filius eius vocat̄. Nam ex eo ꝙ dat ſibi ſapiētiā cognoſcit eū vt filium: ⁊ ex eo ꝙ iſte ſapiētiaʒ accipit a deo aſſimilat̄ ei q: per iſtā ſapiētiam agno ſcit deū: ⁊ per hoc ꝙ deū agnoſcimus eius filij ſumus cuʒ ei tunc aſſimilemur. j. ioā. iij. cum apparuerit qō erimus tunc ſi miles ei erimus: q: videbimus eū ſicuti eſt. ¶ Cum aūt dici tur. Btūs vir qui iuentus eſt ſine macula ad ſextā btitudinē ꝑtinet. ſ. coꝛdis mūditia: q: qui maculā nō habet mūdus coꝛ de eſt. ¶ Cum vero dr̄. Btūs vir qui ſuffert tētationē poteſt pertinere ad btitudinē luctus: q: q̄diu tētamur in luctu eē debemus ſolliciti ne aduerſarius ꝑualeat cōtra nos: vel pōt ꝑtinere ad mūdiciā coꝛdis: q: qui ſuffert tētationē non ſuccū bit alicui peccato ⁊ ille eſt mūdus coꝛde. Jdeo huic ꝓmittit̄ p̄miū ſicut in iſtis btitudinibus q: dr̄ ꝙ cū ꝓbatus fuerit ac cipiet coꝛonā vite. Jaco. j. Et hoc mō poſſunt reduci q̄cunqʒ

S alie ad iſtas btitudines. ¶ Ad 2ᵐ dicenduʒ ꝙ lucas poſuit q̄ttuoꝛ btitudines: ⁊ mattheus poſuit hic ſeptē. Et dicūt ali qui ꝙ hoc fit q: iſte ſeptē que habent̄ hic p̄dicate fuerunt di ſcipulis qui debebāt eē perfecti. Jdeo cōtinētur hic oēs per fectiōes. Jlle aūt quattuoꝛ quas ponit lucas p̄dicate fuerūt turbis in quibus nō requirit̄ tanta ꝑfectio ideo p̄dicate fue runt ille quattuoꝛ que inter oēs iſtas ſunt minus perfecte. ⁊ ſp̄aliter eſt cauſa ad hoc q: populus vt cōmuniter ſeqtur vi tam voluptuoſaʒ: eo ꝙ delectatiōes coꝛpoꝛis ſunt ab eis ſo lum cognite. vij. ethi. Jdeo p̄dicate fuerūt eis iſte q̄ttuoꝛ bea titudines que excludūt oīa illa que pertinere videtur ad bea titudinē voluptuoſam et terrenam: ⁊ ſunt quattuoꝛ bona.

T Quattuoꝛ bona btitudinis voluptuo. ¶ P̄rimū eſt habūdantia bonoꝝ exterioꝝ. ſ. diuitiaꝝ hono rum: ⁊ potētie. Et iſtud excludit̄ inquātū dr̄: beati pauperes p̄mum. bonum ſp̄ū. ¶ Scōm eſt ꝙ homini ſit bene ⁊ delectabiliter quantū ad bona coꝛpoꝛis que cōſiſtūt pꝛincipaliter in cibo ⁊ potu ⁊ ſimilib⁹. Et iſtud excludit̄ per ſcōaʒ btitudinē ibi poſitā ſcili 2. bonū. cet bti qui eſuritis. ¶ Tertiū eſt ꝙ homini bonum eueniat quātū ad coꝛdis iocūditatē q: ſine iocunditate oīa bona coꝛ poꝛis nihil valēt. Et hoc excludit̄ per tertiā beatitudineʒ ibi 3. bonū. poſitā. ſ. bti qui fletis. ¶ Quartū eſt ꝙ hō hēat fauoꝛē tēpo ralē ⁊ conſiſtit in hoc ꝙ diligat̄ a multis. Hoc excludit̄ ꝑ q̄r tam btitudinem ibi poſitā. ſ. bti eritis cū vos oderit homines. Jſta ergo lucas ſolū poſuit q: ꝑtinebāt ad turbas. ¶ Et ob hoc ambꝛo. ſup lucā attribuit iſtas q̄ttuoꝛ btitudines q̄ttu oꝛ virtutib⁹ cardinalibus que ſunt minoꝛes donis. Dicit eni ꝙ pauptas ꝑtinet ad tēperantiā: que illecebras nō q̄rit. Eſu ries ad iuſtitiā: q: qui eſurit cōpatit̄: ⁊ cōpatiēdo largit̄: flet⁹ ad pꝛudentiā cuius eſt flere caſus nr̄os: pati odiū hoīum ad

V foꝛtitudinē: que oīa aduerſa tolleret. Sic rn̄det ſcūs Thom. ¶ Dicēdū tn̄ ꝙ iſta rn̄ſio ꝓſupponit fuiſſe aliū ſermonē dn̄i eum qui hētur hic ⁊ aliū qui ponit̄ Luc. vj. ⁊ tn̄ a multis aſ

ſerit̄ ꝑriū cum veriſimilius ſit fuiſſe eūdē ſermonē de quo di ximus. ſ. q. ij. ¶ Jdeo pōt dici ꝙ eedem btitudines p̄dicate ſunt turbis ⁊ diſcipulis: ⁊ tn̄ mattheus explicit eas hic ple ne lucas aūt nō ſicut in multis alijs cōſuetum eſt: ꝙ vnus euangeliſta rem vnā plene narret: ⁊ alius eā decurtet: ⁊ ſic cōueniunt iſte btitudines ⁊ ille q: nihil cōtrariū ponit lucaſ mattheo: ⁊ hoc ſufficit ad eoꝝ cōcoꝛdiā. ¶ Nam ad hoc ꝙ duo auctoꝛes cōcoꝛdent: nō requirit̄ ꝙ eadē penitus dicant ſed ꝙ vnus alteri in nullo aduerſet̄: ⁊ ita eſt hic. ¶ Si autē obijcias ꝙ lucas nō plene enarrauit btitudines. Conceden dum eſt: ⁊ nō ſeqtur ex hoc ꝙ incōueniēter narret cū non te neat̄ vnus euāgeliſta dicere qcqd alius dixit imo nō eēt hoc cōueniēs q: tūc vnus euāgeliſta ſufficere videret̄. Et tn̄ an cōueniēs fuerit ꝙ qlibet eoꝝ oīa integre referret: vel fuit cō ueniēs eē aliquā differētiā inter eos declaratū eſt ſupꝛa in ꝓ logo nr̄o. q. xvj. ⁊. xvij. ⁊. xxij. ¶ Si tn̄ aliqs dicere vellit ꝙ X nō fuit idem ſermo iſte qui hētur hic: ⁊ qui hētur Luc. vj. ad huc nō pōt dicere ꝙ iſte fuerit factus ſolis diſcipulis: ⁊ ille ſolis turbis q: de illo cōſtat ꝙ ēt diſcipulis aſtātibus p̄edi catus eſt luč. vj. De hoc aūt eodē mō dicendū vr̄: vt oſtenſuʒ eſt ſupꝛa. q. v. ¶ Sed diceret̄ ꝙ fuerunt duo ſermones facti diuerſis tꝑibus ⁊ vterqʒ fact⁹ eſt p̄ſītibus turbis ⁊ diſcipu lis ⁊ tn̄ in vno p̄dicauit xp̄s multas btitudines. Jn alio pau cas. Et ſic mattheus ponēt vnū ſermonē: ⁊ lucas alium: ⁊ vterqʒ plene referret. Magis tn̄ tenendū eſt ꝙ fuerit idē ſer mo a mattheo plene ⁊ luca nō plene relat⁹. ¶ Ad tertiuʒ di cendū ꝙ btitudines attribuunt̄ donis ⁊ ſicut ſunt ſeptē do Y na. Jta ſunt ſeptē btitudines. Jlla aūt que ponit̄ octaua non eſt per ſe btitudo ſed potius eſt ꝯfirmatio q̄dam p̄cedentiuʒ btitudinū. Qō apparet q: ꝓmittit̄ in q̄libet eaꝝ p̄miū diſtin ctuʒ a p̄mio alterius. Et tn̄ in iſta octaua ponitur p̄mium qō fuerat poſitū in pꝛima. ſ. regnū celoꝝ vt per hoc innuatur ꝙ iſta cōfirmat ceteras ideo reddit ad p̄ma ⁊ dr̄ confirmatio ea rum q: per hoc ꝙ quis in oibus illis bene ſe hēt ⁊ firmiter ē ſufficiēs ad tollerandū ꝑſecutioneʒ ꝓpter iuſtitiā. Veruʒ eſt tamē ꝙ vna ponit̄ apud lucā. ſ. quarta que ſi cōputet̄ vt bea titudo neceſſe eſt ꝙ mattheus cōtineat nouē btitudines ſci licet bti eritis cū vos oderint homines: ⁊ tn̄ iſta ponit̄ quar Z ta apud lucā ⁊ eſt hic nona. ¶ Dicēdū tamē ꝙ btitudines ſolum ſunt ſeptē ⁊ cōmunit̄ aſſerit̄. Et iſte due vltime nō ſūt btitudines ſed ex p̄cedentibus reſultant. An vero dicende ſunt quattuoꝛ beatitudines eſſe apud lucam vel tres tantuʒ dicetur infra queſtione lxxxvj.

¶ An ꝯueniēter aſſignent̄ p̄mia btitudinibus. Qō. 84.

**Queritur** de iſtis p̄mijs btitudinū an cōuenien ter aſſignētur ipſis btitudinibus naʒ cuilibet btitudini aſſignat̄ hic p̄emiū. ¶ Dicūt aliq ꝙ nō aſ ſignant̄ cōuenient̄: q: p̄me beatitudinis p̄mium ponitur re gnū celoꝝ qō eſt vita eterna in qua cōtinent̄ oīa bona g̃ po ſito regno celoꝝ nō opoꝛtuit pōi alia p̄mia. ¶ Jtē regnuʒ ce loꝝ ponit̄ vt p̄emiū in pꝛima btitudine ⁊ in octaua ergo ea dem rōne potuit poni in oibus: ⁊ ſic inconueniēter aſſignā tur. ¶ Jtē in btitudinib⁹ ꝓceditur aſcēdendo vt dicit augu. in lib. de ſermone dn̄i in mōte: ⁊ tn̄ in p̄mijs ꝓcedit̄ deſcēdē do ergo eſt oꝛdo incōueniēs. Pʒ hoc q: beatitudo pꝛima eſt minoꝛ inter oēs ⁊ ſcōa eſt maioꝛ ꝑfectiōe: ⁊ ſic ꝯſequēter ſic dicit aug. p̄mū tn̄ p̄miuʒ eſt maius q̄ ſcōm q: p̄mū eſt regnū celoꝝ ſcōm eſt poſſidere terrā. ¶ Dicendū ꝙ p̄mia cōueniē A ter rn̄dent hic btitudinib⁹ cōſiderata conditiōe eaꝝ. Nā pꝛi me tres beatitudines que erāt cōtra vitā voluptuoſaʒ retra hunt ab hijs in qbus conſiſtit btitudo vite voluptuoſe in q̄ homo errat: q: id qō homo nāliter deſiderare debet ſcilʒ bea titudineʒ q̄rit in rebus in qbus nō poteſt inueniri cum vere non ſit niſi in deo. ¶ P̄remia ergo iſtaꝝ trium beatitudinū B accipienda ſunt ſꝫm illa que aliqs q̄rit in voluptuoſa beatitu dine. Qui eni volūt diuitias ſufficiētiā appetunt, qui vo ho noꝛem ⁊ potētiā volūt quandā excellētiā. Ambo aūt impoꝛ tant̄ per regnū celoꝝ. Nam ibi oīum reꝝ ſufficientia eſt ⁊ ex cellētia maxima q: ibi homo adhereret deo. ¶ Feroces autē in terrena btitudine q̄runt ſecuritatē. Nam per hoc bella a gunt vt finitis bellis ⁊ deſtructis aduerſarijs ſecuritatē ha beant: ⁊ ipſi pacifice ea que deſiderant poſſideant. Jſtud aūt ipoꝛtatur per poſſidere terrā idelt pacifice habere terrā viuē tium vbi plura bona homo habebit q̄ hic deſiderare ſciat. Vel etiā intelligit̄ poſſeſſio terre iſtius quā deus tribuit mā

Opio de cōueniētia aſſignationiſ btitudinuʒ ꝙ nō bn̄ aſſignentur. p̄ª rō. 2. rō. 3ª. rō.

ſuetis deſtructis iracũdis ⁊ ſupbis. Et ſic cõueniẽter in hĳs
duobus btitudinibus p̃mia aſſignant. Nam pauperib⁹ in p̃
mium ꝓmittit regnũ celoꝝ vbi eſt oĩs habũdantia: ⁊ mitib⁹
poſſidere terram: qđ ſignat ſecuritatem in bono deſiderato.
C ¶ Querũt aũt hoĩes voluptates corporis vt in eis habeãt
quandã cõſolationẽ cõtra p̃ſentis vite triſtitias ⁊ moleſtias
ideo in tertia beatitudine: ꝓmittit lugẽtibus cõſolatio q: ipi
ſpreuerũt pro xp̃o pñt vite cõſolatiões de quo xp̃s increpat
oẽs terrenos. Luc. vj. dicens. Ueh vobis diuitib⁹ qui habetꝭ
hic cõſolationẽ vr̃am. ¶ Alie q̃ttuor beatitudines pertinẽt
ad vitã actiuã que cõſiſtit in opere virtutis ⁊ maxime in eis
que ſunt ad ꝓximũ. Diſtrahit aũt hõ a bñfaciẽdo ꝓximis ꝓ
pter duo. Primo ꝓpter amorẽ inordinatũ quẽ hõ hꝫ cupien
do oĩa pro ſe: ⁊ nihil volẽdo dare ꝓximo. Et cõtra hoc deus
dat p̃miũ q̃rte btitudini dicẽs qm̃ ipſi ſaturabunt: ⁊ illi q ab
ſtinent a bonis que cõcupiſcũt ⁊ dant illa ꝓximis: q: eſuri-
unt ⁊ ſitiunt iuſtitiã ſaturabunt. i. hẽbunt plura bona q̃ꝫ hic
D deſiderauerũt. ¶ Diſtrahũt etiã ſua hoĩes pro bonis operi-
bus ipẽdendis ꝓximo vt eſt miſereri ne per hoc ſe imiſceant
miſerĳs alienis. Et hĳs ꝓmittitur ꝙ ipſi miſericordiã conſe
quẽtur. i. ab oĩ miſeria liberabunt: ⁊ eſt p̃miũ. v. btitudinis.
¶ Alie vltime due btitudines q̃ꝫtũ ad p̃mia ꝑtinẽt ad btitu
dinẽ ſpeculatiuã ⁊ q̃ꝫtũ ad merita ꝑtinẽt ad actiuã. Naꝫ mũ
dicia cordis que eſt ſexta btitudo cãtur per virtutes moraleſ
que ꝑtinẽt ad actiuã btitudinẽ: ⁊ huic ꝓprie datur in p̃miũ
videre deũ. Q: ſicut mũdicia oculi diſponit ad clare viden-
dum: ita mũditia cordis ꝑtinet ad dei viſionẽ diſponẽdo ad
illã per modũ meriti. ¶ Septima btitudo ꝑtinet etiã ad acti
uam vitã. ſ. pacificũ eſſe. i. in ſe pacẽ hr̃e: ⁊ inter alios pacem
cõſtituere. Cui p̃miũ cõuenient aſſignat vocari filiũ dei: cum
per hoc ſit dei imitator qui eſt actor pacis: ⁊ inter oĩa entia
pacẽ cõſtituit: q: al's non poſſet vniuerſum durare in ſuo or-
dine ⁊ ſtatu. Et iſta aſſimilatio iperfecta ſatis cõuenit in pñ-
ti: vt eſt p̃miũ btitudinis: actiue. Et tñ ſimilitudo ꝑfecta erit i
pr̃ia: ſicut dr̃. j. ioã. iĳ. Cuꝫ apparuerit ſimiles ei erimus. q. d.
prius non poterimus ei aſſimilari: ⁊ tunc ſil'itudo illa ꝑtine
bit ad btitudinẽ ſpeculatiuã q: per viſionẽ dei reddemur ei
ſimiles. Et ſic oĩa p̃mia ſunt cõueniẽter aſſignata btitudini-
E bus. ¶ Ad p̃mũ dõm ꝙ p̃mia ipſaꝝ btitudinũ poſſunt ex-
poni vno mõ vt ꝑtineant ad iſtã vitã. Et tunc p̃mia iſtarum
btitudinũ ſunt diſtincta: ⁊ per regnũ celorũ non intelligunt
oĩa alia p̃mia nec etiã habito illo hñtur oĩa. Q: tunc regnuꝫ
celoꝝ ſignificat initiũ ꝑfecte ſapiẽtie vt ait augu. in lib. de ſer
mone dñi: ⁊ hoc dr̃t a ceteris. Alio mõ põt itelligi ꝙ oĩa iſta
p̃mia ꝑtineant ad futurã vitã vt declarauimus. s̃. q. lxxxĳ. ⁊
tunc regnum celoꝝ ſignat totã ipſaꝫ beatitudinẽ. Nam iter
dum ſolet ipſa beatitudo futura vocari regnũ celoꝝ vt oſten
dimus ſupra. q. xxxj. Et tunc dõm ꝙ regnũ celoꝝ eſt p̃miuꝫ
oĩum btitudinũ ⁊ oĩa alia que ꝓmittunt hic ſunt ipſum re-
gnum celoꝝ q: in beatitudine oĩa hec habentur. Q: tñ nos
non ſufficimus intelligere oĩa per vnũ nomen ponunt mul-
ta noĩa vt ſub diuerſis rõnibus intelligamus diuerſas ratio
nes boni que ſimul erũt in illo bono quod eſt vita eterna.
¶ Sic etiã in deo oĩa abſoluta dicũt vnã rem: q: tñ nos nõ
poſſemus itelligere oẽs ꝑfectiones ſub vno nomine dicimuſ
deũ eſſe: viuere: ⁊ intelligere infinitũ oĩpotentẽ imenſum bo
num: ⁊ ſic de ceteris. Et tñ oĩa iſta eadẽ res ſunt in deo. Sic
dicit chriſo. in q̃dã omelia. ſ. per hec vniuerſa nihil aliđ q̃ꝫ re
gnũ celoꝝ inſinuat vt nihil ſenſibile expectes: q: nõ eſt bea-
tus qui in hĳs coronat que cũ pñti vita diſcedunt. ¶ Ad. ĳ.
dõm ꝙ pro octaua btitudine nõ ponit ſpãle p̃miũ ſed premi
um p̃me beatitudinis: q: iſte nõ eſt per ſe btitudo ſed eſt cõ-
firmatio quedã oĩuꝫ btitudinũ. Jdeo redditur ad p̃miũ p̃me
Si aũt eẽt diſtincta btitudo ab alĳs diſtingueret ei p̃miuꝫ di
ſtinctũ ſicut alie ſeptẽ in p̃mĳs ſuis nõ coincidũt. ¶ Alit di-
cit ambroſius ſuꝑ lucã ꝙ regnũ celoꝝ nõ ꝓmittitur eadẽ rõ
ne pro p̃ma btitudine ⁊ octaua: ſed pro p̃ma. ſ. pauperib⁹ ſpi
ritu datur regnũ celoꝝ quãtũ ad gloriã aĩe ſicut btitudo iſta
in ſpũ eſt: octaue autẽ datur regnũ celoꝝ quãtum ad gloriaꝫ
corporis: q: ꝑſecutio que fit ꝓpter iuſtitiã vt plurimũ tollera
tur in corpore ⁊ in bonis exterioribus que ad corpus redu-
cunt: ideo in vtroqꝫ gl'ia ꝓmittit. ¶ Ad. iĳ. dõm ꝙ p̃mia ha
bent ſe aſcẽdendo ſicut beatitudines q: ſcõm ſemꝑ eſt mai⁹
q̃ꝫ primũ. Et hoc fit per incluſionẽ cuꝫ qđlibet eoꝝ includat
oĩa p̃cedentia. Et tunc maius eſt poſſidere terram q̃ꝫ habere



regnũ celoꝝ: q: hr̃e regnũ celoꝝ dicit ſolum hr̃e ipſam beati
tudinẽ que in celis eſt poſſidere aũt terraꝫ ſignificat habere
regnũ celoꝝ cum quadã firmitate ⁊ ſtabilitate ſignificata ꝑ
poſſidere. Et ita quelibet alia addit ſuꝑ p̃cedentẽ q: quelibꝫ
includit omnes: vel ſaltem quelibet includit primam vt de-
clarabitur infra. lxxxix. queſtione.

¶ An btitudines reducant ad dona. Qõ. LXXXV.

## Queritur

de btitudinibus an reducant ad do-
na. Nam dĩ cõmuniter ꝙ attribuunt
btitudines donis. ¶ Dicunt quidã ꝙ nõ attribuunt nec cõ
ueniunt eis: q: in via nõ põt eſſe btitudo in re ſed ſolũ i ſpe:
quilibet tñ actus meritorius facit ſperare btitudinẽ cuꝫ ſpeſ Opinio q̃rundã ꝙ nõ at tribuantur dõis
ꝓueniat ex meritiſ vt dicit magr̃. iĳ. ſen. di. xxvj. ergo quelibꝫ
virtus ꝑtinebit hoc modo ad btitudinẽ. Et ſic non oportebit
ꝙ reducunt btitudines ad dona: q: illa ſunt excellentiora
virtutib⁹: ⁊ ꝑficiunt hoĩeꝫ modo diuino vt. s̃. q. lxxxj. oñſum pª rõ.
eſt. ¶ Jtẽ btitudines ponunt geminate cũ in qualibet pona 2. rõ.
tur meritũ ⁊ p̃miũ vt pꝫ ſupra in lr̃a. Dona aũt ponunt ſim-
plicia. i. qđlibet per ſe. ſ. donum timoris ſapiẽtie fortitudinis i
tellectus cõſilĳ pietatis ſcientie vt pꝫ Jſaie. xj. ergo nõ reſpõ-
dent btitudines donis. ¶ Jtem inter dona p̃mo cõputat ſa 3. rõ.
pientia yſaie. xj. Sed ſapiẽtie nõ reſpõdet btitudo p̃ma pau
ꝑtatis: ſed alia. ſ. pax que eſt ſeptima ergo nõ rñdẽt ſaltẽ con
uenienter btitudines donis. ¶ Jtẽ dona ſunt ſeptẽ. yſaie. xj. 4. rõ.
btitudines aũt ſunt octo vel nouem vt pꝫ hic in lr̃a ergo nõ
reſpondẽt dona btitudinibus. ¶ Jteꝫ iter dona ponunt q̃t-
tuor ꝑtinentia ad cognitionẽ. ſ. ſcia ſapia itellectus conſiliuꝫ 5. rõ.
in btitudinibus aũt nulla ꝑtinet ad cognitionẽ niſi forte di-
ſpoſitiue ipa. vj. btitudo. ſ. cordiſ mũditia ꝑ quã nihil cog̃ſcit
ſed ad cognoſcendũ hõ diſponit ergo nõ rñdent btitudineſ
donis. ¶ Jtẽ btitudines ſunt virtutes vt dicit glo. ꝙ ſunt ſe
ptem virtutes que btitudines dicunt: ⁊ tñ ſingule virtutes 6. rõ.
nõ rñdent ſingulis donis cũ ſint plures virtutes q̃ꝫ dona g̃
nec rñdebũt btitudines donis. ¶ Jtẽ ad btitudinẽ actiuam 7. rõ.
non ſolũ ꝑtinent dona exequẽtia ſed etiã dona dirigentia ſic
ſunt ſcia ⁊ cõſilium: ⁊ tñ inter btitudines nihil rñdet ſciẽtie
⁊ cõſilio ergo nõ rñdẽt btitudines donis. ¶ Jtem inter do- 8. rõ.
na exequẽtia in vita actiua ponit ad pauꝑtatẽ ꝑtinere timor
pietas aũt vr̃ ꝑtinere ad miſericordiã vel ad eẽ mitẽ. nulla ãt
btitudo ꝑtinet ad fortitudinẽ ergo nõ rñdent dona btitudi- A
bus. ¶ Dicendũ ꝙ dona ⁊ btitudines inter ſe cõueniunt ⁊
iõ doctores ſacre ſcripture attribuũt btitudines donis. Et p̃
ma attributio eſt q: ſicut ſunt ſeptẽ dona ita ſunt ſeptẽ btitu
dines ⁊ reducunt iſta ad illa. Secũdo conueniunt ex parte
obiecti quia ſicut virtus ⁊ dona conueniunt ex parte obi q:
q: circa idẽ ſunt lꝫ dona hẽant actus excellentiores vt oſten
ſum eſt ſupra. q. lxxxj. Jta btitudines ſunt circa eadẽ oba. Et
ſm̃ hoc doctores attribuunt ſingulas btitudines ſingulis
donis ſm̃ ꝙ cõueniunt in obõ vt. j̃. dicetur. Tertia attribu-
tio eſt ex ꝑte motiuoꝝ: q: idẽ mouet ad btitudines qđ ad do
na. Et iſto mõ aug. in lib. de ſermone dñi in monte: reducit
btitudines ſingulas ad illa dona cũ qbus cõueniunt in mo
tiuis vt. j̃. dicet. Quarta attributio ⁊ magis cõueniẽs eſt qa
ſicut reducit actus ad hituꝫ tanq̃ꝫ ad id a quo eſt ita btitudi B
nes reducunt ad dona q: ſunt actus donoꝝ. ¶ Aliq eni vo
luerunt btitudines eẽ habitus ⁊ tñ. s̃. q. lxxxj. Oñſum eſt ꝙ
erant actus donoꝝ iõ neceſſe eſt reduci ad dona. ¶ Eſt tam
varietas in reducẽdo q: qdã reducũt iſtas btitudines ad do
na ſm̃ ꝙ cõcordãt in ſil'itudine obi. Et tunc dupl'r: q: poſſũt
reduci ad dona dirigẽtia vel ad exequentia. Dirigentia ſunt
duo ſcia ⁊ ꝯſiliũ que ꝑtinẽt ad vitã actiuã. Et ad iſta reducẽ
tur qñqꝫ p̃me btitudines que ꝑtinẽt ad iſta dona inquantũ
dirigunt. Due btitudines vltime reducunt ad alia duo do-
na que ꝑtinent ad intellectũ ſm̃ partẽ ſpeculatiuã. ſ. ſexta q̃ ẽ
munditia cordis reducit ad donũ intellectus: ⁊ ſeptima ſcilꝫ
eẽ pacificũ ad donũ ſapie reducet quoꝝ cauſe. j̃. ponentur.
Et quãtũ ad iſtas duas vltimas btitudines nõ eſt diuerſitaſ
in reducendo q: oẽs reducũt eas ad dona ſupra dicta. Quin
qꝫ tñ prime beatitudines poſſunt adhuc cõparari ad dona
exequentia que ſunt tria ſcꝫ timor pietas ⁊ fortitudo. Et tũc
eſuries ⁊ ſitis iuſtitie quẽ eſt beatitudo quarta: ⁊ miſericor-
dia que eſt. v. beatitudo reducuntur ad donũ pietatis q: cõ-
cordant in obiecto: cum pietas ſit ſm̃ quam ſe habet qs be-
ne ad alterum ⁊ tñ eſuries ⁊ ſitis iuſtitie eſt per quam qs be
ne ſe habet ad proximum in eis que cadunt ſub debito: per

miſericordiam

miſericordiam autẽ bene ſe habet quis ad proximum in eis
que ſunt ſpontanea. Scða beatitudo ſcꝫ beati mites ꝑtinet
ad donũ fortitudinis qꝛ in hijs que hõ debet tollerare vincẽ
do irã ſuam bene ſe hꝫ fortitudo: vt dicit ambroſi⁹ ſuꝑ lucaꝫ
ꝙ fortitudinis eſt iram vincere indignatiõem cohibere: ⁊ ẽ
ipſa fortitudo circa paſſiones iraſcibiles ſicut eẽ mitem. Pri
ma beatitudo: ⁊ tertia ſcꝫ paupertas ⁊ luctus reducunẗ ad
timoris donũ: qꝛ per timorẽ retrahit ſe homo a cõcupiſcẽtijs
delectabiliũ quas cauet luctus: ⁊ a cupiditate diuitiaruꝫ q̃s
fugit paupertas ſpũs. Et hoc mõ reducũtur qnqꝫ beatitudi
nes ad tria dona. Et vterqꝫ modus iſtorũ ſiue attribuẽdo bti
tudines qnqꝫ donis dirigẽtibus ſiue donis exequẽtibus fit
C reductio per cõuenientiã obiecti. ¶ Alio modo poſſunt re-
p̃ma bti duci beatitudines ad dona per ſimilitudinẽ motiuoꝝ. Et ſic
tudo. pertinet ſcða beatitudo que eſt mitẽ eẽ ad pietatẽ: qꝛ ad vtrũ
2. beati- qꝫ inclinat reuerẽtia dei. ¶ Scða beatitudo reduceẗ ad ti-
tudo. morẽ qꝛ ꝓpter timorẽ dei quo hõ ſubijciẗ ei: cauet magnifica
3. bea. ri in alijs reb⁹ q̃ꝫ in deo ⁊ ſic fugit bona ſeculi. ¶ Tertia bti
tudo ſcꝫ luctus reducitur ad ſciẽtiam: qꝛ ad lugendũ moue-
tur homo per hoc ꝙ cognoſcit defectũ in rebus creatis qb⁹
per amorem inherebat. Cognoſcit etiã defectus ſuos de qui
bus lugendũ eſt: ⁊ ſic ſcia dat luctuꝫ eccleſiaſtes p̃mo. Qui
addit ſciẽtiã addit laborẽ: ⁊ illõ cognouit ꝙ in multa ſciẽtia
4. bea. ſit multa indignatio. ¶ Quarta beatitudo. ſ. eſurire ⁊ ſitire
iuſtitiã ꝑtinet ad fortitudineꝫ: qꝛ fortitudo animi mouet ad
5. bea. deſiderandũ opera iuſtitie. ¶ Quinta beatitudo. ſ. miſericor
dia ꝑtinet ad cõſilium: qa ad miſerendũ moueẗ hõ precipue
per cõſiliũ dei. Daniel. iiij. Conſiliũ meũ regi placeat: pecca-
ta tua elemoſinis redime etiaꝫ iniq̃tates tuas miſericordijs
6. bea. paupeꝝ. ¶ Sexta beatitudo. ſ. munditia cordis pertinet ad
donũ intellectus: qꝛ per mũdiciã diſponiẗ hõ ad itelligẽdũ
⁊ videndũ deũ. ¶ De ſeptima beatitudine eadẽ cauſa eſt q̃
7. bea. ſupra poſita fuit ꝙ requiraẗ ad donũ ſapiẽtie. Iſtũ modũ re
ducẽdi tenet auguſtin⁹ in libro de ſermone domini in mon-
te. Et ſic etiã dat modũ reducẽdi ſanctus Tho. p̃ma ſcðe. q.
lxix. articu. iij. Singula aũt dona ⁊ beatitudines cõcordat
inter ſe in ſcða ſcðe: ⁊ arguit de ſingulis an cõueniant de p̃-
ma beatitudine ſcꝫ paupertate patet ſcða ſcðe. q. xix. arti. xij.
De ſcða beati mites quomõ reducaẗ ad pietatẽ pꝫ ſcða ſcðe
q. Cxxj. arti. ij. De tertia beatitudine ſcꝫ luctu ꝙ reducaẗ ad
ſcientiã ſcða ſcðe. q. ix. articu. iiij. De quarta beatitudine ſcili-
cet eſurire ꝙ ꝑtineat ad fortitudinẽ ſcða ſcðe. q. Cxxxix. arti
cu. xxj. De quinta beatitudine ꝙ ad ꝯſiliũ pertineat pꝫ ſcða
ſcðe. q. lij. arti. iiij. De ſexta beatitudine ideſt cordis mundicia
ꝙ pertineat ad intellectũ ſcða ſcðe. q. viij. arti. vij. De ſeptima
D beatitudine. ſ. pace ꝙ attribuaẗ ſapiẽtia ſcða ſcðe. q. xlv. arti.
vj. ¶ Amplius aũt cõſiderandũ ꝙ beatitudines vt diximus
ſunt actus donorũ dona autẽ manẽt hic ⁊ in patria ideo ha
bent quoſdã actus hic ⁊ alios in patria vt oſtendit magiſter
ſen. diſtin. xxxiiij. ⁊ ſic habebũt dona duos actus. ¶ Et quia
beatitudines ſunt actus donoꝝ in qualibet beatitudine po
q2 attendit vtilitatē reipublice que periret niſi in talibus fie
ret permiſſio vt ſupꝛa dictum eſt. Et tñ non operať iuſte qui
cunq̄ſ per legē iuſtā operatur. Quia poteſt iniqua intentio-
ne agere. Et tunc manifeſtũ eſt ꝙ actus malus eſt. Et ita iſti
ex ſola iracundia occidunt. ideo peccant licet per legez agāt.
¶ Ad ſcōm dicendũ ꝙ licet filij delinquant nō hñt patres E
omnimodā poteſtatē ſuper eos ad puniēdũ eoꝝ delicta gra
ui pena:q2 hoc ad ſolā legē publicā pertinet. Ideo ſi patres
voluerint ꝙ puniantur filij pꝛo delictis ſuis:poſſunt eos ac
cuſare iudicialiter ⁊ punientur. Et ita cũ obijcitur deutero.
21. Non occidebant ibi patres filios:ſed accuſabant coꝛā iu-
dicibus ciuitatis ad poꝛtā vrbis dicentes. Filius iſte noſter
pꝛoterius eſt ⁊ cōtumax:monita noſtra audire contemnit:
comeſſationibus vacat ⁊ luxurie. Et tunc dicitur ibi ꝙ lapi
dibus obꝛuet eũ populus ciuitatis. Et ſic patres non occi-
debant ibi filios pꝛopꝛia auctoꝛitate:ſed per decretũ iudicuz
⁊ executio pertinebat ad totum populũ:cũ a totopopulo la F
pidarentur iſti. ¶ Ad tertium dicendũ ꝙ lex permiſit patri
occidere ⁊ non viro ſm legem romanoꝛuz: que eſt lex iulia
de adulterijs. Et tñ ſm leges plurimaꝝ gentiũ:tā marito q̄ſ
patri licet. imo magis marito q̄ſ patri. Et ſic vbi eſt maioꝛ ira
cundia ſit maioꝛ permiſſio. Unde nō ſit zelo iuſticie:ſed vin-
dicte:talis occiſio. Dato tamē ꝙ ſtareť legi iul. de adulteris
adhuc non fiebat conceſſio iſta ſiue permiſſio niſi ꝓpter do
loꝛem patris:q2 quarta conditio ſupꝛa poſita ad hoc ꝙ lice-
ret patri occidere filiam erat ꝙ occideret eā ⁊ adulterũ incō
ſulto doloꝛe. i. quādo haberet doloꝛē accerbũ non permitten
tem deliberationē. Quod aũt dicitur ꝙ affectus vel pietas
paterni nomininis capit interdũ cōſiliũ pꝛo liberis:verũ eſt
ceſſante illo acerbo doloꝛe:⁊ tñ illo durante difficile eſt con
ſilium capi. Eſt tamē verum ꝙ naturalis pietas non per-
mittit regulariter inſurgere tam grauem iracundiā in patre
cōtra filios:ſicut in marito cōtra vxoꝛē. Nam pater diligit fi
lios ꝓpter ſeipſos:quia ſunt aliquid eius: maritus aũt vxo
rem diligit ꝓpter ſeipſum:⁊ non ꝓpter illā. Ideo ſolum cō-
ſiderat iniuriam ſibi factā:⁊ non amoꝛē quē habet ad eam.

Et ſic in eo inſurgit dolor grauior ⁊ irrefrenatus. ¶ Et ob
hoc ſatis videbatur iuſta lex iulia permittēs pr̄i occidere filiā:
⁊ non viro vxorē: q̄r hoc mō pauciora homicidia fierent: q̄ ra
rius pater occideret filiā pro qua interdū conſiliū caperet
vt illā nō occideret. Maritus autem conſilium non caperet
pro vxore. Et ſic illam occideret. Paucitas autē huiuſmodi
homicidiorū erat bonum quoddā rei publice. quod attendit
lex iulia. ¶ Leges tamē particulares multarū gentium que
potius marito quā patri hoc permittunt conſiderauerūt pa
cem politicā. Quia cum maior ſit dolor viri pro vxore adul-
terata q̄ȝ dolor patris pro filia adultera: ſequerentur plures cō
tentiones ⁊ bella in re publica non facta hac permiſſiōe ma
ritis q̄ȝ ſi patribus non fieret: ideo maritis generaliter con-
ceſſerunt. Quod etiā iuſtum politice eſſe videtur. licet ſm le
gem dei vtrūq̄ȝ ſit iniuſtū ⁊ iniuſte fiat. ¶ Et tñ legiſlatores
hoc permittendo. ideſt condendo tales leges: ⁊ iudices per
illas ſententiando non peccant. imo peccarent ſi leges iſtas
tanquā diſſimiles legibus fori conſcientie tollere vellent. vt
ſupra oſtenſum eſt. q. cxi.

¶ An liceat mulieri virgini ſeipſam interficere ne corrum-
patur. Queſtio. CXIIII.

Queritur An liceat mulieri virgini ſeipſam oc-
cidere ne corrumpatur: ſi videtur ꝙ aliter
Opio q̄rundaȝ ꝙ ſic. ſeipſam defendere non pōt. ¶ Dicunt quidā ꝙ ſic: quia pri.
ad corin. 9. dicitur. Melius eſt mihi mori q̄ȝ gloriam meam
p^a rō. quis euacuet. Et tamen gloria virginitatis eſt valde magna
ideo melius videtur ꝙ homo ſe occidat q̄ȝ vt gloriā virginita-
2^a rō. tis perdat. ¶ Itē btūs Jeronimus videtur hoc dicere ſup Jo
na ꝓphetā. ⁊ habetur. 23. q. v. c. non eſt noſtrū. ſ. Non eſt nr̄m
mortē accipere: ſed ab aliīs illatā libenter accipere. Unde ⁊
in perſecutionibus non licet propria perire manu abſq̄ȝ eo
vbi caſtitas periclitatur: ſed percutienti colla ſubmittere. Ergo
3^a rō virgini ne virginitatē perdat: ſe occidere licebit. ¶ Item ho
mini licet liberare ſe de hac vita: q̄r apoſtolus dicit ad ro. 7.
infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius
ergo licebit homini procurare ſe liberare. Et tamē occidēdo
ſe liberat ſe homo ab hac vita vel corpore: ergo licita eſt ta-
Rn̄detur lis occiſio. ¶ Dicendū ꝙ nō licet virgini ſe occidere ne cor-
ad q̄ſitū rumpatur: quia nō licet homini facere malū vt bonū inde ſe
q̄ōnis. quatur. Ad ro. 3. Occidere autē ſe ne ſequatur violatio virgi
A nitatis eſt malū facere ꝓpter bonū. ergo non licet. ¶ Item
B q̄r non lȝ alicui habē voluntatē occidendi alterū ſine legis
auctoritate: ⁊ a fortiori non licebit ſeipſum occidere: ⁊ tamē
lex nō permittit alicui occidere ſeipſum ꝓpter quācūq̄ȝ cau
ſam quantūcunq̄ȝ grauem: licet aliquādo permittat homini
occidere alterū. ergo non licebit virgini ſe occidere vt ſeruet
C virginitatem. ¶ Item quilibet tenetur diligere corpus ſuū
D ex charitate. ꝗ cōtra charitatē eſt ſi velit ſe occidere. ¶ Itē
occiſio innocentis prohibetur. exo. 22. ⁊ tamē homo eſt inocēs
ſibiipſi: q̄r lȝ cōtra deū peccauerit ⁊ cōtra ꝓximos: tñ ſibiipſi
innocens eſt: ⁊ ad nullā penā ſibi tenetur. ideo nō licebit ſibi
E occidere ſe. ¶ Item non habet virgo aliquā cām ſe occiden
di vt euadat manus corruptoris: q̄r ſi inuita incidat in ma-
nus corruptoris vͥginitas ei nō auffertur: q̄r nō pōt corrūpi ca-
ro niſi de ꝯſenſu mētis. Et q̄cq̄d fiat ꝯ vͥginē ēt ſi ꝓſtituatur in
lupanari virginitas nō tollitur. Sicut dixit lucia: ⁊ īfra. habe
tur. Si in vitā me feceris violari: chaſtitas mihi duplicabitur
ad coronā. Non eni inquinatur corpus niſi de conſenſu men-
tis. Nam ⁊ ſi in manu māthura ponas ⁊ per manū meā ſa-
crificium facias: deus hec attendit ⁊ ridet. de cōſenſibus eni
⁊ voluntatibus iudicat deus. ⁊ habetur. 32. q. 5. §. ꝙ autem.
F ¶ Item dicit ambroſius in li. de virginitate. ⁊ habetur. 32. q. 5.
c. Tollerabilius. ſ. Tollerabilius eſt mentē virginē hr̄e quā
carnē. Utrūq̄ȝ bonū eſt ſi liceat: ſi non liceat ſaltē nō homini
caſti ſed deo ſimus. Uirgo ꝓſtitui pōt: adulterari nō poteſt.
Nec lupanaria infamant caſtitatē: ſed caſtitas etiā loci abo-
G let infamiā. Ideo nō pōt caro ante corrūpi niſi mens fuerit
ante corrupta. ¶ Item Iſidorus lib. 2. ſynonymorū. Non
pōt caro corrūpi niſi ꝑus corruptus animus fuerit. Mūda
enim a contagione anima: non peccat caro. ⁊ habetur ibidem.
H c. non poteſt. ¶ Item Augu. primo de ciui. dei dicit. Ita ne
aliquā polluat aliena libido metuitur. Nō polluet ſi aliena erit
ſi autē polluet: non aliena erit. Sed cū pudicicia virtus ani
mi ſit cōmitemq̄ȝ habeat fortitudinē: potius quelibet mala
tollerare quā malo conſentire decernat. Nullus aūt magna

nimus ⁊ pudicus in poteſtate habet quid de carne ſua fiat
ſed tantū ꝙ annuat mente vel renuat. Quis tandē ſana mē
te putauerit ſe perdere pudicitiā: ſi forte in oppreſſa vel ap-
prehenſa carne ſua exerceatur vel expleatur libido. ea. ca. ⁊
q. c. Ita ne. ¶ Item Auguſt. ad honoratum dicit magis ti- I
meamus ne ſenſu interiore corrupto ꝑeat caſtitas fidei: q̄ȝ ne
femie ꝯſtuprentur violēter in carne. Q̄r violētia nō violatur pu
dicicia ſi mente ſeruatur. Quoniā nec in carne violatur q̄ñ volū
tas pacientis turpiter carne non vtitur. Sed ſine cōſenſio-
ne tollerat quod alius operatur. Et habetur. e. c. ⁊. q. c. magis ti-
meamus. ¶ Item Augu. primo de ciui. dei. ⁊ habetur. 23. q. K
5. c. Si non licet. dicit ꝙ non licet alicui ſe occidere ipſū. In
quiens hoc dicimus hoc aſſerimus: hoc omnibus modis ap
probamus: neminem ſpontaneā ſibi mortem inferre debere:
velut fugiendo moleſtias tēporales: ne incidat in eternas.
Neminem etiā ꝓpter peccata aliena ne per hoc ipſum inci-
piat habere ꝓpriū grauiſſimū. Neminē ꝓpter ſua peccata q̄
magis in hac vita opus eſt vt poſſit penitendo ſanari. Ne-
minē velut deſiderio melioris vite que poſt mortē ſperatur:
q̄r reū ſue mortis melior poſt mortē vita nō ſuſcipit. Et ſic
nullū caſum reliquit in quo homini liceat ſeipſum occidere
Idem ergo in virginitate conſeruanda dicendū eſt: q̄r iſtum
caſum tetigit Augu. cū dixit: neminē ꝓpter peccata aliena
ne per hoc incipiat habere propriū grauiſſimum. Nam vir-
go volens fugere corruptorē vult fugere peccatū alienū: q̄r
non eſt peccatum ſuū: cum ipſa non conſentiat: ſed eius qui
illam violare deſiderat. Si ergo ne violetur ſeipſam occidat
incipit hr̄e propriū peccatū. ſ. homicidiū ſponte irrogatum.
Quod eſt grauius q̄ȝ ſtuprū: quod euitare volebat. Et facit
hoc vt peccatum alienū euitet. ſ. violationē inuoluntariam:
que eſt in corruptore peccatū eſt: q̄r voluntaria eſt. Etiā non
decet ꝙ virgo timens non conſentiat in violatione ſeipſam.
occidat. Quia etiam ſi ſit difficile experienti venereū actum
non conſentire: tñ confidere debet in domino ꝙ cū ipſa hoc
a principio deteſtetur ꝙ preſeruabit eam ne cōſentiat. Et nō
eſt certū virgini an conſentiet in violatione. Certū eſt tamē
ſibi ꝙ ſi ſe occidit malū facit. Ideo potius debet vitare malū
certum q̄ȝ incertū. Maxime q̄r etiam ſi conſentiret in viola-
tione manebat ſibi locus penitendi: quāuis peccatū nullum
cōmittendū ſit interdū intēdēdo ꝙ poſtea penitebit. Si aūt
ſe occidat non manet locus penitendi. Ideo iſtud eſt pecca-
tum grauiſſimū. ¶ Non erret aūt aliquis circa cōſenſum q̄ L
eſt in violatione quia aliud eſt virginē violatam delectari in
actu venereo. aliud eſt conſentire ipſi delectationi. Nam ea
que pure naturalia ſunt nec ſub poteſtate noſtra cadunt: ad
peccatū non pertinent. Sicut applicito igne ꝙ q̄s calefiat
non eſt in libertate eius. Ita ꝙ experiens actum venereum
non delectetur non eſt in poteſtate eius: ideo ex hoc peccatū
non eſt. q̄r iſtud non eſt delectationē appetere: ſed delectatio
nem pati. Sed ſi ante deflorationē ſemꝑ virgo fuit inuolun
taria ⁊ deteſtans actum: ⁊ patrato illo nunquā conſentiret:
ſed magis de hoc triſtaretur: ita ꝙ non gauderet ſe fuiſſe exꝑ-
tam hanc delectationē non eſt cōſenſus in defloratione. Iō
licet integritas carnis que ad virginitatem materialr̄ perti-
net ſublata ſit: virginitatis meritū manet. ¶ Et ideo aureo
la que ſolis virginibus datur: ſic deflorate ⁊ non conſentiē-
ti dabitur. imo erit maius premium eius. ſcilicet quia virgi- M
nitatis propoſitum per tantam aduerſitatem inconcuſſum
ſeruauit: ⁊ inſuper iniuriā magnā pacienter ſuſtulit. Sic di
cit lucia ꝙ non inquinatur corpus niſi de conſenſu mentis.
Et ſi me vitam violari feceris: caſtitas mihi duplicabitur ad
coronam. Quāto magis ꝙ virgo que firmā intentionē ſer
uandi virginitatem habet confidere debet in dn̄o ꝙ libera-
bit eam ne tradatur in manus corruptoris. etiā ſi videatur eē in
poteſtate illius. Sicut patet de lucia quā hoīes ⁊ iuga boū
multa ſimul mouere de loco non potuerunt vt ad lupanar
portaretur. ¶ Sic etiā de beata agnete que in lupanari po-
ſita fuit: ⁊ tamē angelus dn̄i cuſtodiuit eā: ⁊ qui primus ad N
illam auſus eſt ingredi occiſus ab angelo expirauit. ¶ Sic
etiam de aliīs virginibus chriſtianis actū eſt quas legimus
opinatiſſimis corruptoribus per integras noctes traditas
vt ludificarentur: ⁊ ipſi qui corrumpere intendebant: ab an
gelo excecati grauiſſimū timorē ⁊ penas duras ſuſtinuerūt
ita vt nec aſpicere virgines eis locus eēt. ¶ Ita igitur deus
cuilibet virgini confidenti facere pōt: eā a corruptoribus li-



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

berando q2 non eſt abreuiata manus dñi. Jſay. 59. Si tamē
deus iudicio ſuo occulto permiſerit virginē tradi in poteſta-
te corruptoris ad ſolā penā hoc pertinebit. Sicut cū oliz ſan
ctos viros ſepe carnificū manibus laniari permiſit. Ad cul-
pam autē non pertinebit: q2 deus dabit fortitudinē ne dele
ctationi veneree cōſentiat: q2 potens eſt ab oī tētatione nos
liberare. ¶ Sic dicit Augu. ad victorianū. ⁊ habet. 32. q. 5. c.
ad deū. ſ. ad deū igemiſcentib9 oīo ſuis aderit q ſuiſ adeſſe cō
ſueuit. Et aut nihil earū caſtiſſimis membris libidini hoſtili
ꝑpetrari permittit: aut ſi permittit cū earū nulla ꝯſenſionis
turpitudine maculatur: ⁊ carnē ſuā defendūt a crimine: qc-
qd in ea carne nō cōmiſit libido pacientis: ſed ſoliuſ erit cul
pe facientis. Omniſq3 illa violentia nō pro corruptioniſ tur
pitudine: ſed pro paſſionis vulnere deputabitur. Tantū eni
v3 in mente integritas: vt illa inuiolata nec in corpore poſſit
pudicicia violari: cuius mēbra ſeparari potuerunt. ¶ Sed
obijcietur ꝙ quedā virgines ſe occiderunt ne a corruptori-
buſ deflorarenť tpe perſecutionū: quaꝝ memoria in eccleſia
celebratur: vt ait Augu. ꝓmo de ciui. dei. ¶ Dicendū ꝙ iſtō
o factū crediť ſpeciali inſtinctu ſpiritus ſancti: ſicut ſanſon ex
cuſať ꝙ ſe occiderit cōſilio dei occulto. Et ita ibidē dicit Au-
gu. Alias aūt femine que ꝓpter virginitatē ſeruandā ſe occi
derunt habenť tanquā peccatrices ⁊ iuditio eccleſiaſtico pu
nienť. Nam non tradunť ſepulture eccleſiaſtice: ſic patet ex
de ſepulturis. c. ex parte parentuz. De quadā muliere que vi
dens ſibi in quodā ponte inſidias poſitas vt eam caperent
cū ſepe de ſtupro ſolicitata fuiſſet volens efugere manus in
ſidiarum: caſu in flumē cecidit ⁊ ſuffocata eſt. Et dicitur ibi
ꝙ non ſe precipitauit ſponte: ſed cum putaret ſe poſſe effu-
gere accidit ꝙ caderet in fluuiū ſepelienda eſt. Ex quo inuiť
ꝙ etiam ſi pro euaſione de manibus iſidiarū quas aliter pu
tabat ſe non poſſe effugere elegiſſet ſe precipitare in aquam
non deberet ſepeliri. Et ſic nec pro euitāda defloratione: nec
pro aliqua alia cauſa cuiq3 ſe occidere licet. ¶ Et eſt genera
p le hoc ꝓpter radicē charitatis. Tenetur enim quilibet in ſe
diligere duo ex charitate. ſ. ſalutē aīe: ⁊ corporis: vt ait Aug.
in libro de doctrina xpiana. Ex ordine tñ charitatis ſalutem
aīe pluſq3 ſalutē corpiſ diligere d3 tā affectu q3 effectu. Affe
ctu quidē: q2 cū aīa melior ſit: amor ad ipſaz maior habēdus
eſt. Effectu aūt q2 pl'a facere debemuſ pro cōſeruanda ſalute
aīe q3 corporis. Ex hoc aūt prouenit ꝙ ſi hō pōt teneť ſerua
re ſalutē vtriuſq3. Si āt nō pōt: teneť ſalutē corpis ꝓ ſalute
aīe exponere. Salutē vō aīe ſemp ſeruare pōt. ſ. ne auferatur
a ſe ⁊ etiā ne auferať ab alio. Nemo eni pōt alteri ſalutē aīe
tollere: cū ſalus aīe nunq3 tollať niſi per peccatū: ⁊ iſtud nō
pōt cōmitti niſi voluntarie. Nemo tñ voluntatē alterius co-
gere pōt. g nemo pōt alteri auferre ſalutē aīe. Salutē autem
corporis cōſeruare pōt hō ne auferať a ſe: ſed nō pōt conſer
uare qn ab altero auferať. Jō nēo teneť ne ab altero occida-
q tur: q2 hoc nō eſt in ptāte ſua. ¶ Ex hoc ſequiť ꝙ nunquaz
licet hoī ſeipſuz occidere pro cōſeruanda ſalute aīe. Nā ſi in
terdū ſalus aīe ſeruari nō poſſet niſi quis ſe occiderit: teneť
ſe occidere: cū ſalutē aīe pluſq3 ſalutē corpiſ diligere teneret
⁊ cōſeruare. Pōt tñ ſeruare vtrāq3 cū nemo ſibi poſſet aufer
re ſalutē aīe. Nā ſi aliquis poſſ3 nobis illā auferre: ad hoc ꝙ
nō auferret teneret hō preuenire occidēdo ſe: ne ille aliquid
cōtra nos cōmittere poſſet per qō ſalutez aīe nobiſ auferret.
Jlla tñ nō pōt auferri ab aliquo niſi a nobis vt nunc proba-
tū eſt. ergo peccabit homo ſi ſe occiderit: cū ſine cā ſe occidat
q2 ſimul ſalutē aīe ⁊ corporis ſeruare pōt. ¶ Et ita nullus
caſuſ eſt in quo hoī ſe occidere liceat: vt dicit Aug. p. de ciui.
dei. ⁊ ſupra tactū eſt: niſi deus hoc iubeat expreſſe: vl' quodā
familiari cōſilio: ſicut fuiſſe de ſanſon credimus. ¶ Et tamē
in hoc ſolicite attendendū eſt ne qs faciliter talibus cogita-
r tionibus aſſentiat: ſed probet diligenter an a deo ſint. Sicut
diciť pri. Jo. 4. Nolite adhuc credere oī ſpūi: ſed ꝓbate ſpūs
an a deo ſint. Et h q2 etiā ſathanas ſepe trāſfigurat ſe in an-
gelū lucis. 2. corin. xi. ¶ Et maxime vbi ſuadenť hoī res taz
periculoſe ſicut eſt ſe occidē. Nullū eni peccatū grauius eſt:
nec eſſe pōt: ſaltē quātū ad dānū: q2 in ceteris manet homi-
ni pnie locus: cū vita ſuperſit. Jn hoc aūt iam penitendi lo-
s cus nō eſt. ¶ Et ideo prima facie qcūq3 talē cogitationem
hñs debet credere eā a demone eſſe: q2 deus non vult mortē
peccatoris ſed magis vt cōuertať: ⁊ poſt cōuerſionez viuat.
Ezechiel. 18. Mortē etiā iuſtoꝝ nō vult: q2 vita illoꝝ ſibi ac-
ceptiſſima eſt: ⁊ toti mundo vtilis: q2 iuſtis ſublatis de me-
dio: nihil niſi feces rerū manent. Et ſi deus vellit aliquando
mortē iuſtoꝝ vt eis pro laboribus retribuat: non vult illaz a
ſeipſis inferri: ſed ab alijs fortiter ⁊ pacienter illatā tollerare
vel ipſemet nāe legibus illos de corpore abſoluet. ¶ Etiam
attendenda erit cā pro qua ſuadeť homini ſeipſuz occidere:
q2 nō poterat eſſe niſi magna: q2 effectus magnus eſt: ⁊ illā
non debet qſquā plus approbare: ſed cōſilijs ſtare plurimo-
rū. ¶ Credendū eſt aūt ꝙ ſi deus alicui iuberet ſeipſuz occi-
dere: qō rariſſimū eſt: ꝙ ita manifeſte oñderet ei intentionez
ſuā ꝙ nō poſſ3 dubitare ſe a deo moueri: ſicut nemo dubitat
ſe eſſe hoīem. Si aūt cogitatio ambigua ſit: a demone intro-
ductam eſſe credendū eſt: ideo ſūme eaz deteſtari debemus.
¶ Ad primū dōm ꝙ melius eſt hoī mori quā vt gl'iam ſuaz
quis euacuet. ideſt gloriā innocētie vel virginitatiſ. Et tamē t
nō pp h ſe d3 occidere: ſed pati ab alio occidi pro innocentia
vel virginitate ſeruāda. Nam nō diciť melius eſt hoī ſe occi
dere q3 vt gl'iam eius quis euacuet: ſed meliuſ eſt hoī mori.
ideſt mortē pati. ¶ Ad ſcōm dōm etiā ꝙ pro virginitate ſer v
uāda non licet alicui ſe occidere. ¶ Ad dictū aūt Jeronimi
dicebant quidā ꝙ verū erat abſolute. ſ. ꝙ vbi caſtitas alicu-
ius impugnatur pōt ſe ꝓpria manu occidere: ⁊ tñ Augu. in
epl'a ad donatū: ⁊ habeť. 23. q. 4. c. Diſplicet. dicit ꝙ in nullo
caſu licet hoī ſe occidere: ingenſ. Quāquā in iſta morte quā
tu ipe tibi voluiſti inferre: nō ſolū ad tpˢ: ſed etiā in eternū x
morareris: q2 ⁊ ſi nō ad ſalutē: nō ad eccleſie pacē: nō ad cor
poris xpi vnitatem: ſed ad mala aliqua cogereris nec ſic tibi
mortē inferrere debuiſti. ¶ Et ſic p3 ꝙ etiā ſi qs vellet coge
re alterū ad aliqō peccatū qō ipſe putaret ſe nō poſſe reſiſte-
re ꝓpter penas que ei infligerenť: nō licet ſeipſum occidere
vt nō cōſentiat illi peccato ad qō eū deducere volunt: quia
tunc quādo infideles perſequebanť xpianos volentes coge
re ad colendū idola: licuiſſet xpianis ſeipſos occidere vt nō
cogerenť ad idolatriā ſi putarent ſe inducēdos ad idolatriā
timore penarū. Et tñ hoc nunq3 licuit. ſic dicit Aug. ibidem.
. ſ. Cōſidera ſcripturas diuinas ⁊ diſcute quātū potes: ⁊ vi-
de vtrū hoc fecerit aliquādo aliqs iuſtoꝝ cū ab eis tāta ma-
la perpeſſi ſunt qui eos ad interitū cogebant. i. ad idolatriaz
que eſt mors eterna. ¶ Dicendū ergo ꝙ in auctoritate Jero y
nimi. illa dictio abſq3: non excludit: ſed includit. Jta vt nō in
telligať iſte caſus eē except9: ſ3 eē i lege icluſus. Et ē ſenſus
Jn pſecutiōib9 nō l3 ꝓpˢa pire manu abſq3 eo vbi caſtitas pi
clitať. i. etiā qñ caſtitas piclitať nō l3 ꝓpˢa pire manu: l3 i iſto
caſu maxime videreť ꝙ liceret alicui ſe occidere. ¶ Sic dici
tur canti. 4. Pulchre ſunt gene tue abſq3 eo qō intrinſecus
latet. i. etiā iſtud qō intrinſecus latet pulchruz eſt. imo vole-
bat dicere qō iſtud pulchrius erat. Sic exponit glo. 23. q. 5.
c. Nō nrm. ⁊ ſcūs Tho. in quodā quolibeto. ¶ Ad tertiuz z
dicēdū ꝙ licet hoī liberare ſe ab iſto corpore: nō tñ modo in-
debito. Et tñ per mortē ſe liberare eſt modus incōueniens.
Quia cū hō vellit effugere anguſtias corporis que ſunt tē-
porales: incidit in ꝑpetuas anguſtias que deteriores ſūt. vt
ait Aug. p de ciui. dei. ⁊ hr. 23. q. 5. c. Si nō licet. ¶ Sed mo
dus cōueniens liberandi ſe a paſſionibus corpis eſt per re-
gulā prudentie: q2 multas moleſtias huius vite pōt hō eui-
tare ſi viuat prudenter ⁊ tēperate: l3 oēs euitare impoſſ'e ſit:
q2 hoc ad beatitudinē pertinet. Eſt autē valde irrōnabile ꝙ
aliquis vellit totaliter abſolui a ꝯditione nature cū natura-
le ſit homini paſſibilem eſſe.

¶ An occidere aliquē a caſu ſit peccatū. Qō. CXV.

Queritur An occidere aliquē a caſu peccatum
ſit. ¶ Dicunt quidā ꝙ ſic: q2 geñ. 4. Opinio qrundā
dicitur de lamech ꝙ cū eſſet ſagittator putāſ occidere beſtiā
occidit hoīem. ſ. chayn. ⁊ reputatū eſt ei in culpā. Quia dici pª rō.
tur. Septuplū vltio dabitur de chayn: de lamech aūt ſeptua
gies ſepcies. Et tñ non dareť pena niſi iudicareť peccaſſe. 2ª rō
¶ Jtem dr exo. 21. qñ viri rixanť inter ſe: ſi percuſſerit qs mu
lierē pregnantē ⁊ aborſuz fecerit: ſi mors eius ſubſecuta eſt
reddet aīam pro aīa. hoc tamē ſine intentione fieri poterat. 3ª rō
ergo caſuale homicidiū eſt peccatū. ¶ Jtez in iuribus ⁊ ma
xime in decreť. 50. di. per totū. inducunť multa homicidia ca Rñdeť
ſualia ⁊ iudicanť ibi eſſe peccata. ¶ Dicendū ꝙ homicidiū ad qſitū
caſuale qō oīno caſuale eſt non imputať ad penā nec eſt ali- qōnis.
quod peccatū. ¶ Pro quo ſciendū ꝙ cauſalia a caſu noīanť A.
ita ꝙ caſus eſt ibi agens. Eſt aūt ſm Ariſt. 2. phi. ipſe caſus

cauſa agens preter intentionē. Et ideo ea que caſualia ſunt
ꝓprie loquendo nō ſunt intenta nec volūtaria. Et q2 omne
peccatū eſt voluntariū ſm Augu. ꝯſequens eſt ꝙ mala caſualia
inquantū hmōi non ſunt peccata. ¶ Contingit tñ ꝙ
id qḋ nō eſt per ſe nec actualiter volitū ⁊ intentū ſit volitū
per accidens. Sicut ille cui non remouet diſpōnes ad aliqd
dicit velle facere ea que ſequunt ex illo. Unde ſi quis nō remouet
ea ex quibus ſequit homicidiū dato ꝙ nollit homici-
B diū actualr: ſi tamē ſequat dicet voluiſſe homicidiū. ¶ Ad
hoc ꝙ aliquis ſit oīno imunis ab homicidio qḋ ipſe facit vł
qḋ ſequit ex actu ſuo ſine intentione eius requiruntur duo.
¶ Primū eſt ꝙ det operā rei licite. ¶ Secundū eſt ꝙ adhibeat
oēm diligentiā couenientē. ¶ Dicit autē aliquis dare
operā rei illicite quādo id qḋ facit malū eſt. vel ſi bonū eſt facit
quādo non debet: vel vbi non dꝫ. Et ſic de alijs circūſtantijs:
q2 tunc ſi ſequat homidiū: etiā ſi nō ſit de intentione facientis:
tenet pro homicidio. ¶ De primo pꝫ vt ſi aliquis furabat
⁊ eijciebat extra domū aliquas res quas furabat: ⁊ cōtingit
aliquid de illis rebus qḋ graue eſſet cadendo interficere
aliquē: tenebit de homicidio lꝫ non intenderit occidere
aliquē. ¶ Sic etiā eſt ſi rei licite operā dabat in loco illicito.
Ut ꝙ quis erudiat ad artē ſagittariā: vel ad alias exercitationes
corpis per actus earū licitū eſt. Si tamē in loco publico
per quē multi tranſire ſolent ſagittas iaciat lꝫ ꝓter eius
intentionē ſit ꝙ aliqs occidat tenebit de homicidio. ¶ Sic
etiā qñ ſit aliquid tēpore nō cōuenienti. ita ꝙ aliquid factū
in vno loco vno tpe: licite fieri poterat: eo ꝙ tali tpe damnū
nullū inferre poterat: tñ alio tēpore poterit fieri in quo damnū
ſequat ex cōditione tpis. Et tunc tenebit. Ut ſi quis volens
cremare malas herbas in agro ſuo incendit illuꝫ in die
aliqua ventoſa: quia veriſil'e erat ꝙ ignis poterat trāſire ad
agros vicinos ⁊ cōcremare illos: tenebit de dānis ſequentibus
ex igne. Et nō teneret ſi adhibuiſſet oēm diligentiā: vtpote
nō faciendo ignē in die ventoſa. De hijs ⁊ ſimilibus habes
exēpla extra de homicidio. c. dilectus. ⁊ c. ex lr̄is. ⁊ c. ſignificaſti.
¶ Secundū erat ꝙ adhibeat operans oēm dili-
C gentiā quā debet: vt ſi ille actus quē facimus ſit talis de quo
poſſit ſequi mors alicuius: tenemur cauere quātū ſufficimus
diligenter inſpiciendo ne ſequatur inde homicidiū. Sic qui
deponebat fenū de curru in loco per quē nō ſolebant hoies
trāſire: ⁊ reſpexit diligenter an aliquis ibi eſſet: ⁊ neminē videns
fenū depoſuit: ⁊ quēdā puerū interfecit proijciendo lignū
qḋ ſuper currū erat: quē puerū prius videre nō potuerat:
lꝫ diligenter inſpexiſſet. Iſte eni de homicidio non tenet.
nec irregularitatē incurrit. extra de homicidio. c. ex litteris.
D ¶ Hijs duobus obſeruatis: lꝫ ex actu nr̄o ſequat homicidiū
non peccabimus. Q2 iſtud erit oīno inuoluntariū. ꝙ autem
in rebus bonis quas aliquis facit ⁊ recta intentione: ⁊ cuꝫ
oium moderatione neceſſaria: aliqd inde ſequens imputet homini
oīno eſt irrationabile ⁊ cōtra dei legē. Sic dr̄ exo. 21. de
illo qui interfecit aliquē non intendens occidere: q2 non occidit
hō illū: ſed deus. ſ. Qui aūt nō eſt inſidiatus ſed deus tradidit
illū in manus eius: cōſtituā ſibi locū quo fugere debeat.
Quaſi dicat nollo ꝙ iſte moriatur: ſed dabo locū ad queꝫ
fugiat: ⁊ ibi ſaluabitur. Nec licebit alicui ibi eū occidere: ⁊
dat ibi cāſ. Ego tradidi eū in manus eius. i. Ego volui ꝙ occideret:
⁊ poſui illū tanꝙ miniſtrū huius occiſionis eo non
intendente. ¶ Et ſic eſt: ſi quis ſcindebat ligna: ⁊ euadens
ferrū de manibrio percuſſit aliquē ⁊ occidit. Nam nō tenebitur:
q2 oīno eſt iſtud caſuale: ⁊ nō poterat preuideri. Sic dr̄
deuteronomij. 19. ¶ Sic etiā dicit ꝙ ſi quis lapidē iecerit fortuitu
⁊ abſq3 odio: vel lignū ꝓiecerit: ⁊ inde ſequat homicidiū:
nō erit reus qui fecerit. numeri. 35. Quodqḋ oīno eſt caſuale
nullo mō ꝑtinet ad nos. niſi ſicut ad cām oīno per accidens:
iō imputari non debet. ¶ Sic dicit Aug. ad publicolam.
Abſit vt ea que ꝓpter bonū ⁊ licitū facimus ſi ꝓpter hoc
preter nr̄aꝫ voluntatē qcq3 mali acciderit nobis imputetur.
ſ. Tho. De hijs ſcūs tho. ſcḋa ſe. q. 64. ar. 8. ¶ Ad pᵐ dꝫ ꝙ lamech
E fuit reus homicidij q2 nō adhibuit ſufficientē diligentiaꝫ ad
vitandū homicidiū: q2 forte potuerat hr̄e ex cōditiōe loci vel
tpis ſuſpicioneꝫ de chayn vel de aliquo alio ne lateret inter
illa fructeta inter que ipſe perſequebatur feras. maxime q2
cognitū erat ꝙ chayn erat vagus ⁊ profugus ex dei maledictione:
q2 deus dixerat ei. Uagus ⁊ profugus eris ſuper terrā.
gen̄. 4. Et ita vagabat: ⁊ oēs hoc videbant. Ideo cum lamech
ſagittauit eū etiā ſi putaſſet eſſe ferā: peccauit q2 nō cōſiderauit
an eſſet chayn: cū veriſimiliter poſſet hoc credere.
Uel forte fuit aliqua alia negligentia. Nā neſcimus moduꝫ
determinate quo lamech occidit chayn. ſed ſolum ſcimus ꝙ
occidit eū: ⁊ qḋ peccauit occidendo. gen̄. 4. Unde forte eſſet
maior negligentia: aut dolus: ita ꝙ itēdiſſet occidere chayn.
Unde non conſtat nobis an fuerit iſtud homicidiū pure caſuale.
¶ Ad ſecūdū dicēdū ꝙ tenet de homicidio in hͦ caſu
vel de percuſſione eo ꝙ fuit in culpa: et cū rixarēt viri inter F
ſe aliquis eoꝝ indiſcrete ſe hn̄s percuſſit mulierē pregnantem.
Poterat aūt occidi mulier pregnans dando operā licite
rei ⁊ adhibita oi diligentiia: ⁊ tunc nō teneret occidēs: ⁊
non teneret occidendo virū aut mulierē non pregnantem.
¶ Sꝫ dr̄ia in mlier̄e pregnāte eſt ꝑꝑ puerpiū: ſiue ſit formatū
ſiue nō: q2 etiā ſi mulier nō moriat pōt percutiens teneri de
homicidio. vt dicetur. ĩ. in q̄ōne. 1019. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ
licet homicidia de quibus ibi dicit ſint caſualia: q2 tamē non G
dabatur opera rei licite: vel q2 non adhibebatur omnis diligentia
neceſſaria: tenentur de homicidio facientes.

¶ An occidere aliquē ꝑtineat ad ſacerdotes in caſu in quo
iuſtum eſt aliquem occidere. Queſtio. CXVI.

**Queritur** An occidere aliquē ex intentione pertineat
ad ſacerdotes. ſ. in caſu in quo
iuſtū eſt aliquem occidi. ¶ Dicūt quidā ꝙ ſic: q2 malefacto- Opi. qrūdā ꝙ ſic.
res poterūt occidere ſacerdotes: q2 apl'us dicit. Imitatores pª rō
dei eſtote ſicut ⁊ ego xp̄i. Et hoc maxime ꝑtinet ad ſacerdotes
⁊ pontifices qui ſunt medij inter deū ⁊ populū. Ad hebre.
5. deus tamen quē imitari debemus occidit peccatores:
vt patet in egyptijs: ⁊ in iſraelitis: quos ſepe occidebat in deſerto:
quando tentabant eū. Et etiā viri ſci hoc faciebant q2
moyſes ⁊ leuite occiderunt viginti tria millia de idolatris q2
coluerunt vitulū: exo. 32. ¶ Samuel quoq3 vir ſcūs occidit
agag regē amalechitarū. pͦ. regū. 15. ¶ Finees etiā ſūmus ſacerdos
occidit hebreū coeuntē cū ſcorto madianitide: ⁊ non
fuit ꝓhibitus a ſacerdotio: ſed potius per hoc fuit ſibi ꝓmiſſum
ſacerdotiū in ſempiternū. numeri. 25. Et helyas occidit
ſacerdotes baal. 3. regū. 18. Et mathatias ſacerdos occidit iudeū
colentē idola. pͦ. macha. 2. ¶ In nouo etiā teſtamēto petrus
occidit ananiā ⁊ ſaphirā. act. 5. ⁊. 23. q. 9. c. occidit finees.
¶ Itē ꝑtās ſpūalis maior eſt tpali. ⁊ magis deo appropinquans. 2ª rō
⁊ tñ ꝑtās tpalis ſm quā iudices occidunt malefactores
eſt a deo ⁊ vocant ꝑ illā miniſtri d ei. ad ro. 13. ⁊. 23.
q. 5. c. qui malos. ergo magis cōueniet ſacerdotibus ⁊ alijs
clericis hr̄e poteſtatē ad occidendū malos. ¶ Itē qcūq3 licite 3ª rō
aſſumit aliqḋ officiū: licite exequi pōt oia que ꝑtinent ad
illud: ſed officiū principis terre eſt malos punire ⁊ occidere
per ſe ⁊ per iudices ab eo miſſos. pͥma. petri. 2. ſubditi eſtote
omni creature ꝑꝑ deū: ſiue regi tanꝙ preexcellenti: ſiue ducibus
tanꝙ ab eo miſſis ad vindictā maloꝝ. Sacerdotibus
tñ cōpetit principatus terrarū q2 ſepe hn̄t iuriſdictionē temporalē:
vt pꝫ in ep̄is: ⁊ in oibus locis ſubiectis eccle. ergo prelatis
iſtis cōueniet occidere malefactores. ¶ Dicēdū ꝙ nō Rūdet ad queſituꝫ. q
conuenit ſacerdotibus: ⁊ gn̄aliter oibus cōſtitutis in ſacro A
ordine quēq3 occidere per iuſtitie adminiſtrationeꝫ: in caſu
in quo malefactor occidi poterat per eū qui gerit publicā adminiſtrationē.
Nā in alijs caſibus nō licet alicui hr̄e intentionē
occidendi cum ſit perſona priuata. Ideo de illis nō eſt
dubiū. Sed in caſu in quo licet alijs hominibus occidere quēquā
nō licet cōſtitutis in ſacro ordine: ⁊ etiā eis qui ad ſacrū
ordinē aſcendere volunt. Naꝫ ſi laicus ſponte aliquē occiderit
quātūcūq3 ſit cauſa legittima non licebit ei aſcendere
ad ſacros ordines: q2 irregularitatē cōtraxit cum voluerit
aliquē occidere ⁊ occiderit. ⁊ ideo in exiſtētibus in ſacro ordine
eſt prohibitū quēq3 occidere aut mutilare. ⁊ iſtḋ eſt de
iure diuino. q2 apoſtolus prima ad thimo. 3. deſcribens conditiones
ep̄i ⁊ oium ſacerdotū dixit ꝙ oportebat eū eſſe non
percuſſorē. Per qḋ nō ſolū homicidiū ſed etiā membroꝝ detruncatio
itelligitur: Poſtea etiā oia iura eccleſiaſtica vetuerunt
ſacerdotes occidere quēquā: generaliter inhibētia iſtḋ
ei s ⁊ oibus in ſacro ordine cōſtitutis. ⁊ qui homicidiū com- B
miſerit non permittitur ad ſuperiorem aſcendere ordinē. nec
in ſuſcepto miniſtrare. qui vero nullū adhuc ſuſcepit: ad nullum
aſcendere pōt. Cauſa huius duplex aſſignat. ¶ Prima
q2 oēs qui in ſacro ordie ſunt cōſtituti: ad miniſteriū altaris
electi ſunt in quo paſſio xp̄i repreſentatur. prima chorin. xi.

Quotienſcūq; feceritis mortē dn̄i annunciabitis. Chriſtus
aūt cū percuteret nō percutiebat: ⁊ cū pateret nō cōminaba
tur. ꝑma pe. 2. Ideo non cōuenit miniſtris ſuis ꝙ percutiant
aut occidant: ſed debēt eſſe valde manſueti: ⁊ nō ſolū ab oc-
ciſione: ſed etiā a contentione abſtinentes: ſicut de xp̄o fuit.
Iſay. 42. ⁊ allegatur. īfra. 12. ſ. Ecce puer meus quē elegi di-
lectus meus in quo bene cōplacuit aīe mee. Et ſequit. Non
cōtendet: nec clamabit: nec audiet qſꝗ; in plateis vocē eius.
Ipſum aūt xp̄m imitari debent miniſtri altaris: qꝛ eccleſiaſti
ci. 10. dicit: ſm iudicē populi: ſic ⁊ miniſtri eius. ¶ Secunda
cā aſſignat qꝛ clericis cōmittit adminiſtratio noue legis in q̄
nō ponit aliqua pena corꝑalis occiſionis vel mutilatiōis ſic
ponunt in legibus humanis ⁊ lege veteri. Ideo clerici in ſa
cris ab occiſione ⁊ mutilatione abſtinere debent vt poſſint
eſſe cōuenientes miniſtri altaris. Alias cauſat in eis irregu
Q̄d ē irre-gularitas. laritas q̄ ē q̄dā nota vel macula: ſm quā reddūt inepti ad mi
niſtrādū in ſacro ordine. Et vocat illa macula irregularitas
inquantū cauſat ꝑ hꝰ ꝙ agit ꝯ regulā eccleſiaſtice diſciplie.
S. Tho. De q̄ irreglaritate dicet. ꝑ. thimo. 3. De hyis ſcūs. 2ª 2ᵉ. q. 64.
D ar. 4. ¶ Ad ꝑmū dōz ꝙ lʒ deus occidat malos: ſacerdos nō
Ad pᵐ arᵐ debet occidere illos: etiā ſi ſit miniſter dei. Oēs nāq; bona fa
cientes miniſtri dei ſunt: cū nullū bonū eſſe poſſit qd̄ in ho-
mines a deo non deſcendat. Iacobi. ꝑ. Et ſic ſunt oēs inquā
tū bonū faciunt quidā miniſtri vel inſtrā dei. Agens aūt ꝑn
cipale operari pōt per diuerſa inſtrā: ⁊ nō ſunt oia ad vnū:
ſed ad diuerſa opera. Sicut apparet in fabro: ⁊ carpentario
⁊ gn̄alr in quolibet artifice. Sacerdos ergo lʒ miniſter dei
ſit: nō tn̄ ad oia opa dei. Ideo multa alia erunt que ei nō cō-
uenient. ¶ Et ita eſt de occiſione maloꝝ in quo laici mini-
ſtrant deo cōueniēter ⁊ nō ſacerdotes. Sicut ſacerdotes cō
uenienter miniſtrant deo in altari: in quo laici cōuenienter
nō miniſtrarent. Etiā ſi viri iuſti eēnt ⁊ magne dignitatis: ſʒ
repelli debent ſi hoc facere vellent. Sicut qn̄ rex ozias aſſū-
pto thuribulo miniſtrare voluit ſup altare: azarias ſacerdos
magnus ⁊ octuaginta ſacerdotes ingreſſi poſt eū reſtiterūt
ſibi dicentes. Nō eſt tui officiȷ ozia vt adoleas incēſuʒ dn̄o: ſʒ
ſacerdotū filioꝝ aaron. Egredere de ſanctuario ne cōtēpſc-
ris: qꝛ nō reputabit tibi in glīaʒ. 2. paralipo. 26. Sacerdotibꝰ
ergo ſolum cōpetit miniſteriū inter deū ⁊ populū ⁊ nō occi
dere nec percutere. Cum dr̄ de moyſe ⁊ leuitis ꝙ occiderūt
idolatras. Dōm ꝙ fecerunt ex mandato dn̄i: qꝛ moyſes erat
ꝓpha per quē deus loquebat: ⁊ ipſe quaſi ex parte dei iuſſit
leuitis occidere malefactores. exo. 32. ſ. Si quis dn̄i ē iungat
mihi. Et tunc dixit ꝙ vnuſquiſq; occideret idolatras illos.
¶ Aliter pōt dici ⁊ melius ꝙ etiaʒ ſi deus nihil mandaſſet
Alia rn̄ſio. E ſpāliter nec gn̄aliter iſtud fuiſſet licituʒ. Moyſes nāq; erat
ꝑnceps totius ppl̄i iſrael ⁊ ipe iudicabat de oibus cauſis eo
rum. exo. 18. ⁊ deuteronomȷ̄ ꝑ. ideo ad eū pertinebat punire
oēs delinquētes q̄les nunc erant iſti idolatre. Et quia moy-
ſes per ſe non poterat exequi ſniaʒ ſuā poterat cōſtituere mi
niſtros quos vellet: ⁊ miniſter iudicis licite occidit quem iu
dex precipit. vt ait Aug. in qōnibus. exo. ⁊ habet. 23. q. 5. ca.
Cū miniſter. ¶ Potuit ergo mādare iſtis leuitis illud face-
Quare nō erat irregu laritas ī ve teri teſtō ſʒ in nouo. F re qui nō erāt prohibiti. Nam irregularitas inducit per legē
⁊ tamē apud illos nō erat aliqua lex de cōtrahendo irregu-
laritatē. Et erat hoc rationabile qꝛ miſteriū noui teſtamēti ē
multo excellentius miniſtratione veteris teſtamēti. Ideo de
buerunt quedā pertinentia ad perfectionē eſſe in miniſtris
noui teſti que non eſſent in ſacerdotibus veteris legis. Etiā
qꝛ potiſſima cauſa irregularitatis accipit in nouo teſtamēto
per hoc ꝙ ſacerdotes ⁊ alȷ̄ miniſtri altaris debēt eſſe ſil̄es
xp̄o q nō ꝑcutiebat lʒ ꝑcuteret. Sacerdotes tn̄ veteris teſti
nō hn̄t aliquē quē imitarēt ꝑꝑ quē debeāt abſtinere ab occi-
ſione malefactoꝝ. Iō nō fuit inter eos irregularitas. ¶ Alia
etiā eſt cā potiſſima. ſ. qꝛ ſacerdotes veteris legis erāt mini-
ſtri ipſius legis: ⁊ in illa ponebant pene corꝑales: iō licebat
eis occidere ⁊ mutilare. ¶ In nouo aūt teſtō nulla pena cor
poralis ponit: ideo ſacerdotibus nr̄is irregularitas eſt occi-
dere vel mutilare. Et per hoc pʒ ad id qd̄ dr̄ de finees qui fu
it ſacerdos magnus. ⁊ etiā de mathatia. Non eni erat vetita
eis occiſio malefactoꝝ inquantū ſacerdotibus. ¶ Cū auteʒ
obȷ̄citur de ſamuele dicendū ꝙ ipſe nō erat ſacerdos ſed le-
uita ſolū: vt oſtendit. ꝑ. paralipo. 6. Ideo etiā ſi ſacerdotibus
veteris teſti poſſet cōpetere irregularitas: nō ideo cōpeteret
ſamueli q erat leuita. ⁊ tn̄ vt oſſum eſt nec ſacerdotibus nec

leuitis accidebat irregularitas in lege. ¶ Cū aūt dicit de he
lia: dōʒ ꝙ de illo nō appet an eēt ſacerdos vel leuita. imo ma
gis credit ꝙ eſſet laicus. Et ſic nulla irregularitas in eo eſſe
poterat. Naʒ dato ꝙ ſacerdotes ⁊ leuite veteris teſti poſſint
eſſe irregulares: laici tn̄ non poterant irregularitatē ꝯtrahe-
re ſicut nunc. ¶ Ratio eſt qꝛ nunc laici poſſunt effici ſacer-
dotes aſcendendo ad ordines ſacros. Si vero homicidiū cō
miſerint anteq̄; promouant inhabilitant per hoc ad ordines
ſumendos. Et iſta inhabilitas vocat irregularitas. In vete-
ri autē teſtō laici non poterāt effici ſacerdotes nec leuite: cū
ſacerdotes ⁊ leuite eſſent ibi de certa progenie. Et ſi quis de
alia conarent miniſtrare inter ſacerdotes ⁊ leuitas occidi de
bebat. Numeri. 3. ⁊. 16. ⁊. 18. ⁊ ira magna dei erat ſuper popu
lū ſi hoc permitterret. numeri. 10. Ideo helias nō erat prohi-
bitus occidere ſacerdotes baal. Si quis aūt dicat ꝙ helyas
erat ſacerdos: qꝛ fecit ſacrificiū holocauſti dn̄o. 3. regū. 18. Di
cendū ꝙ non ꝓbat ex hoc: qꝛ iſtud licuit ſibi vt ꝓphe a deo
inſpirato ad faciendū iſtud. Nam ſi ſacerdos fuiſſet ⁊ obtu-
liſſet ſm legē ſacerdotū: ſolū obtuliſſet holocauſtuʒ in tēplo
ad hoſtiū tabernaculi: alias eſſet reus mortis. leui. 17. Et ta-
men obtulit ſacrificiū in monte carmeli: ⁊ ſeruauit ibi alias
cerimonias. ſ. fundere aquā ſup altare: ⁊ ſup carnes ſacrifi-
ciȷ. 3. regū. 18. qd̄ ſacerdotibus nullo mō facere liceret: qꝛ oēs
cerimonie holocauſti erant determinate. leui. ꝑ. ⁊ ad illas ni
hil licebat addere. deuteronomȷ̄. 12. Ergo nō apparet ex hoc
helyā fuiſſe ſacerdotē: qꝛ nō obtulit ſacrificiū ſicut ſacerdos:
ſed ſicut habēs ſpālē ptātem a deo. ¶ Et tunc etiā nō ſacer-
dotibus licebat hoc facere: ſicut apparet de moyſe qui non
erat ſacerdos cū nō eſſet de progenie aaron: ⁊ etiā filȷ̄ ſui nō
fuerunt cōputati inter ſacerdotes. Sed inter leuitas. ꝑ. para
lip. 23. Ipſe tamē ſacrificia faciebat qn̄ cōſecrauit aaron ⁊ fi-
lios eius. exo. 29. ⁊ leui. 8. ¶ Cū aūt obȷ̄cit de petro. dōm ꝙ H
ipſe neminē occidit. Nā aniniā ⁊ ſaphirā nō occidit ipſe: ſed
deus. Ipſe vero prenunciauit mortē illoꝝ per ſpūm ſanctuʒ
act. 5. ¶ Tale aūt opus homicidiū non vocat: qꝛ homicidiū
ꝙ impedit promotionē vel executionē ordinis factū reqrit.
Et tn̄ petrus nec per ſe homicidiū fecit: nec cōſiliū de facien
do dedit aut imperauit. Ita ꝙ ex eius imperio vel conſilio ſe
queret homicidiū: ideo opus iſtud ad irregularitatē nō ꝑti-
nebat. ¶ Sic dicit Chriſoſto. ſup Matth. omel. 19. ⁊ hr̄. 23.
q. 8. c. occidit finees. ſ. Petrus geminū homicidiū fecit. Fuit
tn̄ opus ſpūale qd̄ factū eſt. ergo non potuit eē irregularitas
per iſtū actū petri etiā ſi fuiſſet ſubiectus legibus nr̄is eccle Ad 2ᵐ
ſiaſticis que nunc ſunt. ¶ Ad ſcōm dōm ꝙ ſicut maior eſt ⁊ argum̄.
melior ptās clericorū q̄; laicoꝝ ita cōpetunt ei meliores ad- I
miniſtrationes q̄; occidere ⁊ percutere. ſ. ſpūales miniſtratio
nes. Ipſe aūt corporales ad laicos potius pertinent tanquā
minores q̄; vt ad ſacerdotes pertinere debeant. ¶ Cum aūt
dicitur ꝙ clerici ſunt aliquādo dn̄i terrarū. Dicendū ꝙ cōpe
tit eis iuriſdictio puniēdi malefactores. Et tn̄ per ſeipſos nō
puniunt nec ſententiant cōdemnādo. Nā cauſa ſanguis oio
ꝓhibita eſt clericis. ſ. ꝙ non pn̄t eā pronunciare: nec dictare
nec eſſe notarȷ̄ eius. nec intereſſe debent ei: nec aduocare in
illa. extra ne clerici. vel mo. c. ſnia ſanguinis. Cōmittere pn̄t
aūt iuriſdictionis executionē laicis: qbus cōueniet in cauſis
criminialibus procedere: ⁊ tunc nulla irregularitas eſt ipſo-
rum cōmittentiū: qꝛ ipſi neminē iubent occidi: nec etiā con-
ſulunt de aliquo ꝙ occidatur: ſed qn̄ tribuunt vel cōmittūt
ptātem iuriſdictionis cōmittunt oia que pertinent ad crimi
nales cās: ſiue aliqs ſit aliquādo occidendus ſiue nunq̄;. in
nullius ergo mortē cōſentit qui in gn̄ali iuriſdictione dele- K
gat. ¶ Sicut etiā legiſlator dando legē ꝙ homicide vel alȷ̄
criminoſi occidant: nō cōmittit irregularitatē: etiā ſi poſtea
per legeʒ multi occidant: qꝛ nō eſt intentio ſua ꝙ aliqs occi
datur: ſed magis ꝙ timore legis oēs caueāt a delictis. Et po
terat eē ꝙ nullus occideret per talē legē: ⁊ tn̄ irregularitas
factum requirit. Ideo etiā ſi aliquis expreſſe mandaret ali-
quē occidi vel mutilari: ⁊ non fieret: irreglaritas nulla erat
ideo per legis cōditionē legiſlator irregularitateʒ incurrere
non poteſt: qꝛ nullius mortē precipit ſpāliter: nec etiā inten
dit in generali mortē alicuius: ſed magis ꝙ timore legis ab-
ſtineant a delictis. Si aūt aliquis criminoſus poſtea poſt il-
lā legem occidat non fuit directe intentio legiſlatoris de oc-
ciſione iſtius quā non potuit precogitare. Nec etiam de occi
ſione alicuius i generali: qꝛ potius ipſe vellet ꝙ timore legis
nemo

nemo peccaret: ⁊ nemo occiderẽt q̃ꝫ ꝙ peccaret ⁊ occiderẽt. Sic tenent iuriſte. ⁊ nota aliqualiter glo. in decre. di. 3. c. vl.
¶ An liceat iudici vl' alteri aliqñ occidẽ inocẽtẽ. Qõ. cxvij.

Opinio qrundã. pᵃ rõ

**Queritur** An liceat iudici vel alteri hoi aliquã do occidere innocentẽ. ¶ Dicunt quidam ꝙ aliqñ licet. Nam nõ põt laudari aliquis in ſcriptura niſi de bono ope: ⁊ tamẽ abꝛahã laudaẽ geñ. 22. ⁊ ad hebꝛe. xi. ꝙ voluit occidere filiũ ſuũ Yſaac innocenteꝫ ex mandato dei. ergo occidere innocentẽ licet aliquãdo. ¶ Itẽ qõ fit ſm

2. rõ.

oꝛdinẽ iuſticie peccatũ nõ eſt: ſed iudex qñqꝫ cogiẽ ſm oꝛdinẽ iuſticie occidere inocentẽ: vtpote qñ per falſos teſtes cõuincitur de crimine: ⁊ iudex ſm legẽ cogiẽ eũ condemnare. Miniſter quoqꝫ iudicis inocentẽ ex mandato iudicis occidit: ⁊ iuſte agit obediendo. g̃ innocens iuſte occidiẽ. ¶ Dicẽdũ ꝙ occidere hoiem realiter malũ eſt: q: homo eſt aliqd ꝓpter ſe cuius vita nõ eſt ad aliquẽ vſum alterius rei: ſicut peccoꝛa ⁊ plante ſubĳciunẽ nobis: ⁊ vita ⁊ moꝛs eoꝝ eſt in arbitrio nr̃o. Nõ eſt aũt ſic de hoie: iõ nũquã eſt iuſtũ hoieꝫ occidi: niſi ſm ꝙ aliqua vtilitas põt ꝓuenire rei publice ex occiſione alicuius hois qui pars eſt eius. ¶ Eſt ãt hõ aliqs peccatoꝛ ⁊ aliquis inocẽs. Occiſio aũt peccatoꝛis etiã ſm ſe bona non eſt. q: homo eſt: ⁊ nãm bonã in illo diligere tenemur. Sꝫ inquãtũ vtile eſt rei publice iſtũ occidi ne coꝛꝛũpat vel ledat ſtatũ eius: iuſtũ eſt iſtũ occidi per eũ qui hꝫ auctoritatẽ publicã: ⁊ ſolũ hac intentione vt nõ ledat rẽ publicaꝫ. ¶ Homo aũt innocẽs eſt vtilis politie: q: vita iuſtoꝝ auget ⁊ cõſeruat rem publicã. Ideo abſolute innocẽtis occiſio nũquã licita eſt: q: nõ põt cõuenire rei publice. Alias aũt ꝑuatis occidere neminẽ licet niſi ſe defendendo. Et tñ tũc qui iuſte ſe defendendo aliquẽ occidit: nõ innocentẽ ſed nocenteꝫ occidit: q: nõ eẽt iuſta defenſio iſtius ſi ille iſtũ iuſte ꝑſequerẽt. De hĳs ſcũs Tho. ſcd'a ſcd'e. q. 64. arti. 6. ¶ Ad pꝛimuꝫ dõꝫ ꝙ abꝛahã laudaẽ: nõ q: voluit occidere Yſaac: ſed q: ex dei mandato hoc voluit. Nam alias volens fuiſſet execrabilis: vt ait Aug. in qõnibus exo. ⁊ habeẽ. 23. q. 5. c. lex eterna. Deo aũt teneẽ obedire ois homo. Ideo cũ de mandato eius ꝯſtiterit non eſt diſtinguẽdũ qd iubeat: q: qcqd ipſe iuſſerit iuſtum eſt. ¶ Etiã occidere iſaac nõ erat occidere ſimpl'r innocentẽ: q: lꝫ hoibus eſſet yſaac innocens: deo tñ nõ erat innocens: q: apud deũ nullus per ſe innocens eſt. exo. 34. Iõ pꝛo aliquo tenebaẽ yſaac deo ad moꝛtẽ: ⁊ poterat illã petere deus qñ vellet ⁊ ꝑ quẽcũqꝫ vellet. ¶ Aliter etiã põt dici ꝙ deus occidit nõ ſolũ peccatoꝛes: ſed etiã iuſtos. Et hoc ſibi licitũ eſt. Nã etiã ſi nunq̃ꝫ peccaſſet quiſq̃ꝫ oꝛiginal'r nec adã actualiter: poterat deus nos iuſte occidere: q: poterat vti ſic re ſua ad arbitriũ ſuũ: q: hõ eſt poſſeſſio eius: ⁊ non põt dicere ei: cur me feciſti ſic: ſic nec vas figulus. ad ro. 9. ¶ Maxime q: per moꝛtẽ poterat nos oꝛdinare ad melioꝛẽ ſtatũ ſicut nunc facit: q: per moꝛtẽ tranſit hõ ad vitã eternã. Miniſter aũt teneẽ obedire iudici: etiã ſi iniuſtũ mandaret: dumtñ nõ eſſet erroꝛ intollerabilis: quantomagis qñ iuſtum mandat. Deus tñ nihil iniuſtũ agere põt: q: ex eo ꝙ ipſe iubet iuſtuꝫ eſt ideo a foꝛcioꝛi tenebiẽ quilibet obedire ei: cũ oẽs ſint miniſtri eius ⁊ ſerui. ¶ Ad ſecundũ dicendũ de iudice ꝙ cũ inocens falſis teſtibus cõuinciẽ. aut hoc ꝯſtat iudici. ſ. ꝙ teſtes iſti ſint falſi: q: ſcit hoc tanq̃ꝫ ꝑſona ꝑuata: aut nullo modo. Si nullo mõ cõſtat: iudex non diceẽ occidere inocentẽ: quia hoc neſcit: imo potiuſ cõſtat ei vt iudici eũ eẽ reũ criminis. ⁊ tunc nullũ dubiũ eſt. Et etiã ſi ſñia tradita executioni cõſtet iudici tanquã ꝑſone pꝛiuate: vel etiã tanq̃ꝫ iudici ꝙ ille erat innocẽs: nullũ ſcrupulũ hr̃e dꝫ de occiſione illius: q: oio euꝫ iuſte occidit. ſ. hñs auctoꝛitatẽ per iuſtã legẽ: ⁊ ſñſa iuſta cã: ⁊ iuſta intentione. Cũ ergo ipſe diligẽter ſe habuerit in pꝛocedendo ſm viã iuris: nihil ſibi timendũ eſt: q: nõ poterat ipſe de occultis diuinare. ¶ Si aũt anteq̃ꝫ ſñia feraẽ: iudici conſtat tanq̃ꝫ pꝛiuate perſone illũ eſſe innocentẽ: ⁊ falſos eſſe teſtes: dicit ſcũs Tho. ꝙ debet diligentius examinare teſtes vt iueniat aliquã cãm liberãdi inocentẽ. Sicut fecit daniel. Nam iã cõdẽnata ſuſana ex depoſitione ſeniorũ: daniel ſubtiliter inquirendo a teſtibus ſigillatim: fecit eos variare. daniel. 13. Ita iudex ſi diſcretus eſt poteſt diuerſa petere in examinatiõe ipſoꝝ: ſm que cogat eos variare: q: falſitas nõ eſt faciliter defenſabilis. Ideo cum conſtet iudici eos falſa dicere: tãdiu inquiret ſigillatim ab eis quouſqꝫ faciat eos in dictis ſuis eſſe varios vel ſingulares. Et ſic habebit occaſionẽ liberandi innocentẽ. ¶ Si aũt hoc nõ põt remittet eũ ad ſuperioꝛẽ: potiuſ eligens ꝙ per alterũ libereẽ vel cõdemnetur. Si aũt hoc nõ põt: vtpote q: nõ hꝫ ſuperioꝛẽ poterit ſubdelegare cãm ⁊ erit idẽ. ¶ Si aũt ſuperioꝛẽ hꝫ: ⁊ ille nõ recipit deuolutionẽ cãe: ſed cogit eũ iudicare: tenebiẽ ſm allegata ⁊ ꝓbata cõdemnare eũ. Et tunc nõ cõdemnat innocentẽ ſꝫ nocentem: q: talẽ eũ iudici conſtat per teſtes. Et ſi conſtet vt ꝑſone pꝛiuate eſſe inocentẽ: nõ põt eũ abſoluere: q: ꝑſona pꝛiuata iuriſdictionẽ non hꝫ. Et tunc iudex nõ interficit innocentem ſed teſtes qui eũ nocentẽ teſtati ſunt. ¶ De hoc aũt . ſ. an iudex teneaẽ ſequi allegata ⁊ pꝛobata ex neceſſitate: ẽt vbi cõtrariũ ſibi cõſtat: diceẽ magis luc. 12. vbi de iudice agetur: ⁊ tamẽ iſtud qõ dictũ eſt ſatis rationabile videẽ: licꝫ alĳ ꝯtriuꝫ ſentiant. de quibus ibi dicetur. ¶ De miniſtro aũt dicendũ ꝙ aut conſtat ei de innocentia condẽnati. vel nõ. Si non conſtat: nullus ſcrupulus eſt: ſicut in iudice. Si aũt cõſtet tenetur iudici obedire. niſi ſñia impoꝛtet intollerabilẽ erroꝛẽ. Quia tunc non eſt obediendũ: vt ſi iudex mandaret aliquẽ occidi q: vir bonus eſt: vel q: eſt de tali aut tali loco. ita ꝙ ipſa cauſa expꝛeſſa in ſñia nullo modo faciat ad cõdemnationẽ: q: alias illi qui occidebant martyres ex mandato iudicum non peccaſſent: quod falſum eſt. Sed dicendũ ꝙ peccabant: q: ſentẽtie late cõtra martyres cõtinebant erroꝛẽ itollerabilem. Ideo eni condẽnabanẽ q: xp̃m adoꝛabant q erat verus deus: apertiſſima miracula faciens. Et ob hoc ſepe ipſi miniſtri iudicũ recuſabant martyres punire: ſed potius ipſi cũ eis pati volebant: qñ aũt ſñia non cõtinet erroꝛẽ intollerabilem: miniſter exequi teneẽ: q: nõ pertinet ad eũ iudicare de ſñia iudicis cũ nudũ miniſteriũ ei competat.

¶ Quod ſit maiuſ pctm̃ occidẽ iuſtũ aut pctõꝛẽ. Qõ. cxviĳ.

Opinio qrũdaꝫ.

**Queritur** Qõ ſit maius peccatũ occidere viruꝫ iuſtuꝫ aut peccatoꝛẽ. ¶ Aliqui volũt ꝙ ſit grauius occidere peccatoꝛem. Quia peccatũ tunc videtur eſſe maius quãdo per iſtud maius nocumentũ infereẽ ei in quẽ infereẽ. Et tamẽ occiſio magis nocet peccatoꝛi qui perit in coꝛpoꝛe ⁊ aia. q̃ꝫ viro iuſto quẽ de miſeria huiuſ vite liberat ⁊ tranſire facit ad eternũ bonũ. ¶ Dicenduꝫ ꝙ aut

Rñdeẽ ad queſituꝫ. q. A

cõſideraẽ hic grauitas peccati ſm ſe. aut cõſideraẽ damnum qõ per peccatũ infereẽ. Si grauitas: dicenduꝫ ꝙ grauius eſt occidere virũ bonũ q̃ꝫ peccatoꝛem: ⁊ xp̃ianũ magiſ q̃ꝫ paganum. Nam occiſio peccatum eſt inquatuꝫ eſt contra charitatem. Et ſic quanto fuerit magis cõtra charitatẽ: erit tãto deterioꝛ. Teneẽ tñ quilibet ceteris paribus magis diligere iuſtum q̃ꝫ peccatoꝛem: q: plus hꝫ de eo ꝓpter qõ diligibilis ẽ. Chꝛiſtianus etiã magis q̃ꝫ paganus diligendus eſt: ſicut dixit apoſtolus: ꝙ operemur bonũ ad oẽs: maxime aũt ad domeſticos fidei. i. ad fideles. Erit ergo magis cõtra charitateꝫ occidere iuſtũ q̃ꝫ peccatoꝛẽ: ⁊ xp̃ianũ q̃ꝫ paganum: ⁊ ſic erit peccatũ maius: aſſignat aũt quattuoꝛ cauſaſ ad hoc ſanctuſ Tho. ſcd'a ſcd'e. q. 64. arti. 6. ¶ Pꝛima eſt quã nunc diximꝰ

B

q: plus nocet ei quẽ plus diligere debet. ¶ Secunda q: infert iniuriã ei qui minus dignus eſt iniuria. Naꝫ vir bonus non eſt dignus iniuria aliqua. ⁊ ſic magis ꝯtra iuſticiã agit. ¶ Tertia q: pꝛiuat cõitatẽ maioꝛi bono. Et tñ nocere cõitati eſt peccatũ graue. Quia ſicut bonũ cõe eſt diuiniuſ ⁊ amabilius q̃ꝫ bonũ particulare. ꝓ. ethi. ita nocere cõitati peius ẽ q̃ꝫ nocere pꝛiuatis. ¶ Quarta q: deũ magis cõtemnit: luc. 6. Qui vos ſpernit: me ſpernit. Et loquiẽ de apl'is qui erant viri boni. ¶ Si aũt loquamur de dãno qõ per peccatũ infereẽ. Dicendũ ꝙ maius dãnũ eſt occidere peccatoꝛẽ q̃ꝫ iuſtũ: cuꝫ peccatoꝛ pereat: iuſtus aũt ſaluetur. Sic inuit Augu. ⁊ hr̃. 24. q. 3. c. ſi habes. Ubi dicit ꝙ grauius dãnũ eſt ſi vna anima per peccatũ ifidelitatis pereat: quã ſi mille coꝛpoꝛa martyrũ de eccl'ia extrahanẽ ⁊ interficianẽ. Et ob hoc ad cautellam maioꝛ pñia imponiẽ occidẽti paganũ iniuſte q̃ꝫ xp̃ianũ. ¶ Sed in hoc diſtinguendũ eſt: q: aut erat paruulus paganus: aut adultus. ſi paruulus: maioꝛ pñia imponiẽ occidẽti eum q̃ꝫ xp̃ianum paruulũ vel adultuꝫ. eo ꝙ de conuerſione paruuli iſtius poterat ſperari: nunc aũt cõſtat ꝙ oino perit. Si aũt ſit adultus: videẽ eẽ maius damnũ occidere xp̃ianũ adultum q̃ꝫ paganũ adultũ: eo ꝙ de pagano adulto iaꝫ foꝛte erat pauca ſpes ꝯuerſionis: maxie ſi erat in etate ꝓuecta: ⁊ tamdiu cõuerti noluerat. Etiã q: ille adhuc poterat ſaluari q: cũ eſſet adultus poterat in moꝛte dolere de peccatis: ⁊ maxime q: ſtetiſſet ſemꝑ in ſtatu illo damnato ⁊ ſic poterat



Margin notes (left column): Opinio qrundã. — pᵃ rõ — 2. rõ. — Rñr ad queſitũ qõnis. A — ſ. Tho. B — C — D
Margin notes (right column): E — Opinio qrũdaꝫ. — Rñdeẽ ad queſituꝫ. q. A — B — pᵃ rõ — 2ᵃ rõ — 3ᵃ rõ — 4. rõ. — C — D

ſaluari. ¶ Et ob hoc grauius damnū eſt occidere paruulos
paganoꝝ q̄ȝ adultos. Tum qꝛ paruuli adhuc conuerti pn̄t:
tum qꝛ in morte penitere non pn̄t: ad hoc ꝙ ſaluent̄. Iſtud
aūt eſt quantū ad damnū: peccatū tn̄ maius eſt bonū virum
E occidendo. ¶ Ad argumentū dōm ꝙ in oꝑationibus ꝛ qui
buſlibet rebus ſemꝑ dꝫ cōſiderari id qd̄ eſt per ſe ꝛ nō quod
eſt per accn̄s. Quia ſicut iſtud nō conſtituit ſpēm actus. ita
nec dat directe maiorē aut minorē bonitateȝ actui bono: nec
grauitatē actui malo. ¶ Eſſe igit̄ iuſtū ꝛ bonū eſt cōditio ꝑ
ſone que aggrauat delictum per ſe: ꝙ aūt pereat aliqs eter-
nal'r vl' ſaluet̄ nō pertinet directe ad occiſionē. Nā ꝙ iuſtus
ſaluet̄ nō eſt ex eo ꝙ occidit̄: ſed ex eo ꝙ deus vult eū ꝓpter
bona oꝑa ſaluare. Quia etiā peccator pereat eternal'r nō ꝑti
net hoc ad occiſionem: ſed ad dei iudiciuȝ: ideo illa non ſunt
conſiderāda quātū ad aggrauationē delicti. Et ſic abſolute
erit maius delictū occidere virum bonū q̄ȝ peccatorem.

An illi q ꝓcurāt aborſuȝ ml'ieris ſint cēſendi hōicide. q. cxix.

Queritur Circa illos qui puerperiū deſtruūt. ſ.
cogentes feminā ad aborſum ꝑcutiē-
do vel venena tribuendo: ꝛ de illis qui venena tribuunt vt
cōceptus nō fiat an iſti iudicent̄ homicide. ¶ Dicēdū ꝙ ho
Rn̄ſio ad micidiū nunq̄ȝ eſt niſi cū homo occidit̄ ab hoie: ꝛ qm̄ in ab-
queſituȝ. q. orſu nō cōtingit ſemꝑ occidi hoiem: aliquādo erit ſine ho-
A micidio: ¶ Pro hoc ſciendū ꝙ ille qui per vulnera: vel vene
na aut alia deſtruxit' conceptū: ſiue fecerit permittente mu-
liere que cōceperat: aut ea inuita: nō differt quantū ad hoc
ꝙ eſt eſſe homicidiū: vel nō: ſed ſolū quātū ad eē maius pec-
catū vel minus. Nā nō cōſentiente muliere manifeſtū eſt eē
B maius peccatū: cū nō ſoli fetui ſed etiā matri iniuria irroget̄.
Si aūt ipſa cōſentit: iniuria ei nō fit qꝛ nolēs nō pōt iniuſtū
pati. 5. ethi. Sed tunc fit iniuria pr̄i fetus: ꝛ ipſi legi ꝛ fetui
ſi aiatus eſt. ¶ Dicendū igit̄ ꝙ aut manifeſtū eſt fetū eē ani
C matū: aut māifeſtū eſt ꝙ nō eſt aiatus: aut eſt dubiū. ¶ Pri
mo modo homicidiū eſt: qꝛ hō occidit. vt dicit Hiero. ꝛ Aug.
ꝛ habet̄. 4. ſen. di. 31. Et ideo qui ſic occidit irregularis eſt tā
quā homicida. Et etiā ſm̄ legē humanā tenet̄ occidēs puer-
periū ſicut homicida per legē acquil'. lꝫ illa diſtinguat crimi
na in multa capita. Iſtud autē non vocat homicidiū: ſed ru
ptū. Unde ſic occidens tenet̄ de rupto ꝛ non de occiſo. Et tn̄
quantū ad nos nō eſt dr̄ia aliqua qꝛ homicidiū iſtud voca-
mus: ꝛ pn̄ia imponit̄ ſm̄ leges eccleſiaſticas ſicut pro homi
D cidio. ¶ Si aūt cōceptus nondū erat aiatus: homicidiū nō
eſt: vt ait Hiero. ꝛ habet̄. 56. di. c. naſci. Nec etiā eſt irregula
ris hoc faciens. Et tn̄ quantū ad pn̄iam que ſm̄ canones in
iungit̄. habet̄ iſte tanq̄ȝ homicida: vt hr̄. 25. diſti. c. criminis.
¶ Si autē dubiū erat an eēt ꝯceptus formatus. ſi ꝓbabil'r
E credit̄ ꝙ erat formatus debet abſtinere tanq̄ȝ irregularis ab
adminiſtratione in ſacro ordine: nec dꝫ aſcendere ad ſuperio
res: quādiu manſerit in iſta credulitate. Si aūt illā depoſue-
rit poterit miniſtrare: ꝛ tn̄ ipſe iudicari nō pōt tanq̄ȝ homi-
cida: cū nō conſtet puerperiū fuiſſe aiatuȝ. ¶ Si aūt mulier
ſibiipſi venena tribuit vel procurat aborſum diſtinguendū
eſt ſicut ſupra. ¶ Nā ſi erat formatus fetus: ſm̄ leges huma
nas occidit̄. ff. de penis. l. ſi qs aliqua. Si aūt nō erat forma
tus cōceptus: vel erat dubiū: nō occidit̄: ſed in exiliū mittit̄.
ff. ad. l. cornel'. de ſiccar. l. ſi mulier. ¶ De hijs aūt qui dant
venena ne cōceptus fieri poſſet: ſiue mulier ſibi tribuat: ſiue
aliquis alius mulieri: homicidiū nō eſt. Cū nōdū ſit forma-
tus fetus. imo nullus fetus eſt: ſed impeditur vt non ſit. Et
q̄ȝq̄ȝ iſtud crimen ſit magnū: tn̄ homicidiū maius eſt. Et etiā
ꝓcurare aborſuȝ mai⁹ ē: etiā nōdū formato fetu. Si tn̄ iā formari
ceꝑat: qꝛ qn̄ qs tribuit venena ne ſeq̄t̄ ꝯcept⁹ p̄t eē ꝙ illa ve
nena nihil proficiant: quia forte mulier illa cui tribuuntur
alias nō erat cōceptura. Cū vero fetus etiā nōdū aiatus oc-
cidit̄ maius eſt: qꝛ iā aliquid factū erat: ꝛ certū eſt ꝙ ibi ho-
mo naſceret̄: niſi per venena impediret̄: graue ergo pctūȝ eſt
vtrūq̄ȝ: ſed maius qn̄ deſtruit̄ puerperium. ¶ De iſtis dicit
Aug. ꝙ ſi ambo cōiuges ꝓcurant non naſci proleȝ: non ſunt
cōiuges: ſed fornicarij: ſi iſta intentione a p̄ncipio ꝯuenerūt.
Si aūt vir ſolus hoc vult iā non maritus: ſed adulter eſt. Si
v̇o ſola vxor ipſa nō vxor ſꝫ meretrix eſt: ꝛ patet. 4. ſen. di. 31.
¶ Unde dicit ſcūs Tho. ibidē. iſtud eſſe peccatū pluſq̄ȝ be
S. Tho. ſtiale: qꝛ beſtie ex coitu prolē expectāt. ꝙ ḡ vellit qs ꝓleȝ nō
hr̄e cū coire vellit ꝛ ꝓcuret nō hr̄e illā: peior q̄ȝ beſtia efficit̄
Et tn̄ nōdū eſt homicidiū: qꝛ nō erat fetus formatus. De pena

homicidiorum: quoniam vt in plurimū irregularitas eſt pe
na: de qua dicetur. primo thimo. 3. ibi quoq̄ȝ dicetur.

¶ De ſpeciebus homicidij. Queſtio. CXX.

Queritur De ſpetiebus homicidij. ¶ Dicendum
ꝙ cū homidiū ſit hois occiſio: ſolū erit Rn̄r ad
homicidiū quādo homo realiter occiditur: ꝛ ſic eſſet homici queſitū
dium reale. Scriptura tamē ſacra: ꝛ etiā iura accipiunt ali- qōnis.
quādo homicidiū interpretatiue ꝛ per quandā ſil'itudineȝ. A
¶ Et ſm̄ hoc diſtiguit̄ homicidiū in ſpūale: ꝛ corꝑale. Spi
rituale homicidiū vocat̄ qn̄ qs ſpūal'r ꝛ quadā iuriſfictione
occidit̄. Et hoc fit qnq̄ȝ modis. ſ. odiendo: detrahendo: male
conſulendo: nocendo: victuȝ ſubtrahendo. ¶ De p̊ dr̄ ꝓma
Io. 3. qui odit frēm ſuū homicida eſt. Et de iſto ꝛ alijs tribus
modis ſequentibus hr̄ de peni. di. i. c. homicidiū: ꝛ. c. Ois ini
quitas. ꝛ. c. Nollite putare. ¶ In p̄mo iſtoꝝ pōt intelligi qd̄
dicit̄ Io. 8. de diabolo ꝙ a p̄ncipio homicida erat. i. deſideriū B
habens occidendi hominē ꝓpter odiū ꝛ inuidiā. ¶ De. 5.
ſ. de ſubtractiōe victus habet̄. 86. di. c. Paſce fame. ſ. Paſce
fame morientē: ꝙ ſi nō paueris occidiſti. Quilibet modus
iſtorū eſt peccatū mortale: licet nō ſit ita graue ſicut homici-
diū corporale. ¶ Leges aūt humane de talibus homicidijs
non loquunt̄: nec pro eis ponūt penas ſimiles penis homi
cidarum. Nam iſta ſunt peccata mentis: lex aūt humana de
actu iteriori nō curat niſi prodeat in actū exteriorē. ¶ Etiā
ſm̄ legē eccleſiaſticā nō imponit̄ pena pro iſtis ſicut pro ho
micidio. Etiā irregularitas que cōſequit̄ ad homicidiū volū
tariū: nunq̄ȝ cauſat̄ ex iſtis: ſed ſolū in corporali homicidio.
¶ Corꝑale aūt homicidiū cōmittit̄ duobus modis. ſ. facto. ꝛ
lingua. Per linguā eni tribus modis cōmittit̄. ſ. precepto: cō C
ſilio. defenſione. vt pꝫ di. 50. c. Si quis viduā. ꝛ de pe. di. i. c.
Periculoſe. Quodlibet v̇o iſtoꝝ peccatū mortale eſt: ꝛ ſeq-
tur irregularitas aliqn̄ ex eis: qn̄ poſt iſta ſequit̄ homicidiū
reale. ¶ Facto cōmittit̄ homicidiū q̄ttuor modis. ſ. iuſticia.
neċitate. caſu. voluntate. Iuſticia vt cū ille q p̄eſt iuriſdictio D
ni ſeculari reū cōdēnat: ꝛ miniſter illuȝ occidit. Tūc eni iu-
ſte fit niſi iudex i iudicādo ex liuore moueat̄ vl' forte ꝺlectet̄
in occiſione hois ex q̈dā crudelitate. Et idē in miſtro ſi gau
deat ꝙ ſibi cōmittit̄ aliquē occidere: ſiue qꝛ eū exoſum hꝫ: ſi-
ue que in ſanguinis effuſione delectat̄ vt colligit̄. 23. q. 5. c.
cū miniſter. ꝛ. c. lex eterna. Hoc autē verū eſt qn̄ iudex ſerua
to ordine total'r iuris ordine proceſſit: qꝛ al's etiā ſi cōdēnet
eū qui reus mortis ē: peccat: cū ipſe nō hēat iuriſdictionem
niſi a iure. Cū aūt omittit formā iuris quodā mō efficit̄ pſo-
na priuata: ꝛ ſic peccat: al's aūt iuſte agit: qꝛ miniſter dei eſt
occidendo malos. ad ro. 13. ꝛ p̊. petri. 2. ꝛ. 23. q. 5. Qui malos.
¶ Scdo mō facto cōmittit̄ homicidiū neceſſitate. Et h̄ di-
E ſtinguit̄: qꝛ aut eſt euitabilis. aut ineuitabilis. Si primo mō
ſ. qꝛ poterat euadere nō occidendo: vtpote fugiendo: vl' mo
derate ſe defendendo: peccat ſi occidit. ꝛ tenet̄ tā ſm̄ legem
dei quā canonicā ꝛ humanā de homicidio. Si aūt ſcdo mō
ſ. quia occidit hoiem ſine odio ꝛ deſiderio. imo cum dolore
quia nolluiſſet occidere ſi potuiſſet ſe liberare nō occidendo
illum: differt quia aut occidit pro defenſione ſua: aut reruȝ
ſuarum. ſi pro ſua ſm̄ nullam legē tenet̄: ſi adhibuit mode-
ramen in ſe defendendo: ꝛ oēs illas conditiones de quibus
dictum eſt ſupra. q. 109. Si autem pro defenſione reruȝ: dōm
ꝙ ſm̄ legem dei tenet̄ de homicidio. ꝛ in foro pn̄iali iponet̄
ſibi pn̄ia. licet non ita grauis ſicut pro homicidio oio volū-
tario. qd āt ſit ſꝫ legē canonicā ꝛ hūanā i h̄ cāu. dc̄ꝫ ē. s̄. q. cx.
¶ Caſu cōmittit̄ homicidiū cū qs nō itendens quēq̄ȝ occi- F
dere: faciēdo aliqd occidit hoiem. Et iſtud reputabit̄ homi-
cidiū: niſi qui hoc fecit daret operā rei licite: adhibens oēm
diligentiā ne ſequeret̄ malū aliquod ex actu ſuo. Hijs obſer-
uatis nō erit homicidiū. de quo dictū eſt ſupra. q. 105. ¶ Uo
luntate cōmittit̄ homicidiū qn̄ qs ſponte vult aliquē occide G
re: ſiue offenderit eū: ſiue nō. Et tunc ſemꝑ eſt peccatū mor-
tale ꝛ graue: vt. 50. di. c. ſi quis voluntarie.

¶ An ſi occiſor ſuperueniat cadaueri occiſi cadauer ipſum
emanet ſanguinem propter quid. Queſtio. CXXI.

Querit̄ An mortuo aliquo ſi perueniat occiſor ad
pn̄tiaȝ eius: an plage emanēt ſanguinē: ꝛ Rn̄det̄
ſi fiat ꝓpter quid fit. ¶ Aliqui dicunt ꝙ nō effluat ſanguis: ad q̄ſitū
qꝛ mortuo nulla manet actio: qꝛ nō manet ibi aia que eſt p̄n qōnis.
cipium oium actionū hois. ¶ In cōtrariū aſſertio phoꝝ eſt A
ſe hoc vidiſſe teſtantium: ſed nobis expertum nunquā fuit.

¶ Cōſiderādū

Aliquis dr mortuus du plicit. pmo. ¶ Conſiderandū ad hoc intelligēdū ꝙ aliquis pōt dici du pliciter mortuus. Uno mō per ſolā apparentiā. ſ. q2 non ſentitur in eo pulſus vel motus ꝑpter nimiā debilitatē vel aliā cauſam: ꝛ tamē eſt aīa in corpe. ¶ Alio modo ꝙ ſit ꝟe mortuus anima ſeparata a corpe. ¶ Si pmo modo dicatur qs mortuus: facile eſt qḋ plage eius fluant ſanguine ad preſentiam occiſoris. Poteſt. n. accidere ꝙ propter vulnera ꝛ multitudinem ſanguinis effuſi ſit quis ita debilitatus ꝛ infrigidatus ꝙ non appareat in eo eſſe ſenſus aliquis nec motus non tamē eſt adhuc mortuus. Unde pōt eſſe ꝙ ſic ſe habēs aliquā turbulentā ꝛ fuſcā notitiam hēat de venientibus ad eum: ƺ non poſſet vocē emittere: nec ſe mouere. Unde ſi tūc cōtingat percuſſorē venire ad ipſum poterat vulnerat⁹ aliquam turbulentā notitiā habere de ipſo: ex qua notitia ſequitur timor: ꝛ ex timore tremor in mēbris: ꝛ ſic poterit fluxus ſanguinis excitari. Jn homine autem vere mortuo: hoc fieri eēt admirabile. ¶ Sed credi poteſt ꝙ ex mortuo ƺ ap-

B 2° mō. parentiam qui tamē poſt pauca vere moreretur facto ħ fluxu ſanguinis. Aliquādo ꝓuenit iſta fama: que apud multos quaſi pro generali ponitur. Si autē ſit vere mortuus: ꝛ hoc fiat: ƺ non cōſtet nobis an aliquādo factū fuerit tamē cauſa querēda eſt vnde fieri poſſet. ¶ Aliqui dicūt ꝙ ex ſanguine

Opinio q̄rundā. C remanente in veſtibus: aut cultello occiſoris fiat attractio q̄dam ſanguinis de corpore occiſi ꝛ hoc fiat propter ſimilitudinem. Sed hoc non ſtat: q2 quando fit attractio a ſimili ħ ē q2 imperfectū trahitur a perfecto ad ipſum: ſicut trahiẜ ferꝝ a magnete: hoc eſt q2 aliqua virtus eſt in magnete perfecte: que in ferro imperfecte eſt: ꝛ hunc tractū vocant aliqui a tota ſpecie. ¶ Unde Auicē. diſtinguit triplicem tractum: vnū

triplex attractio. a calido: ꝛ iſte fit a natura elementali. Scḋm a vacuo: q videtur fieri a natura celeſti. Tertiū a tota ſpē que videẜ reduci ad naturā mixti. Formal'r. n. calida ſunt ſola elemēta ꝛ elementata vt participāt naturā elemētoꝝ. Et q2 mixta poſſunt hēre aliquas virtutes vltra qualitates quas videm⁹ in elementis: quoniā illā virtutē nominare neſcimus: dicimus eā eſſe a tota ſpē. Sed an ſemper tractat a calido ſit per naturā elementabilē: ꝛ a vacuo per nām celeſtē: ꝛ a tota ſpē per virtutem aliquā ꝯſequentē formā mixti: non oportet nunc diſcutere: q2 longū eſſet: nec oīo nobis pro iſto dubio neceſſariuƺ. ¶ Sed ſupponendū eſt ꝙ actio ꝛ paſſio nūquā fit in eis q̄ ſunt oīno ſimilia. Nā quādo ſunt oīo ſimilia: tunc ceſſat motus: vt Ari. pmo de generatione habitibus preſentib⁹ in materia ceſſat motus. Et eodē li. dī ꝙ agens ꝛ patiens in pnc. actionis ſunt diſſimilia: ꝛ in fine autē ſunt ſilia. Jdeo ſi ſimile agit in ſimile: vel attrahit iſtud nō ſunt oīo ſimilia: ƺ vnū erit vt actus: aliud vt potētia vel vnū vt perfectū: ꝛ alteruƺ vt ipfectū. ¶ Et q2 perfecta ratio ſanguinis ꝛ etiā virt⁹ actiua magis ſaluabiẜ in ſanguine manēte in corpe: q̄ȝ in eo qui eſt in veſtibus aut cultello: potius ſanguis qui eſt in veſtib⁹ vel cultello ibit ad ſanguinē qui eſt in corpe: q̄ȝ ecōtrario. Et hoc ponendo vnū ſanguinē pfectiorē alio. Si āt dicas ꝙ ſūt omnino equalis perfectiōis: neuter ab altero attrahet: iō dictuƺ iſtud vnū eſt. ¶ Jtē pƺ q2 ſi fluxerit alicui ſanguis ḋ na-

D ribus: aut alia parte corporis: ꝛ manſerit ſemper in loco ſanguinis fuſi: non attrahetur ſanguis fuſus a ſanguine corporis: nec ecōtrario: ꝛ tamē maior virtuſ eſt in ſanguine hominis viuentis q̄ȝ mortui. ¶ Jtē ſiquis percutiat aliquē qui viuat: ꝛ percuſſor aſperſus ſanguine percuſſi veniat ad pñtiā eius: nulla fit attractio a ſanguine corporis: nec a ſanguine veſtiū: ƺ iſtud quottidie videaẜ: ꝛ tamen maior motus eſt in viuētibus q̄ȝ in mortuis. ¶ Jtē in pecorib⁹ occiſis ſanguis ē ſimilis ſanguini noſtro: ꝛ tñ preſente carnifice perfuſo aut aſperſo ſanguine pecoris recenter occiſi nulla fit attractio. ¶ Jtē ſicut fit in ſanguine: ita fieret in partibus corporis: ſi preſcidereẜ aliq̄ a corpore ꝛ poſtea ponatur circa corp⁹: nulla fit hinc aut inde attractio aut mutatio. Jdē in ramis arbo-

E rum preciſis patet: ergo ridiculū eſt iſtud dcm̄. ¶ Aliq̄ dicūt ꝙ fit hoc a ſpiritibus manētibus. Nā cū aliqs ab altero occiditur cū quodā rancore ꝛ toruis oculis occiſor reſpicit eū que occidit: ꝛ ille occiſorē dum occiditur ꝑpter qḋ aliqui vapores vel ſpūs exeunt ab occiſo in occiſorē dū viuebat: ꝛ ecō rio. Et q2 naturale eſt ꝙ pars redeat ad ſuum totuƺ: aliq vapores ꝛ ſpiritus a corpore occiſoris ad occiſum redeunt qui prius fuerant in occiſo: ꝛ ecōtrario. Et q2 ex reditu vaporuƺ fit quedā cōmotio in corpore occiſi: cōſequēs eſt ꝙ inde ma

net ſanguis. ¶ Sed iſtud nō ſtat: q2 iſti conantur dare cau-

F ſam naturalē: ꝛ nos videmus ꝯrium in naturalibus. Semper nāq̄ȝ fit aliq̄ reſolutio a corporibus nālibus: ꝛ maxime a corporibus viuentiū. Unde idigēt viuētia alimēto ꝛ reſtauratione. Jd tñ qḋ reſoluiẜ nō redit ad corpus de quo eſt reſolutum: ſed aliunde oƺ ꝓcurare reſtaurationeƺ. ſ. p alimentū. Jō ſpūs ꝛ vapores nō redeunt. ¶ Jtē nō attrahit nā niſi id qḋ ſibi bonū eſt: vel bono adiūctū. ꝛ tñ vapores aut ſpūs reſoluti de corpore non ſunt aliquaten⁹ vtiles corpori. Jō nō attrahit illos. ¶ Jtē ſi attraheret corp⁹ ea que ſunt de natura ſua: potius attraheret ſanguinē qui aliqñ fluxit de vulneribus: vel ſine vulnere: maxie quādo recēter fluxit: ꝛ tamen nihil tale fit: ergo iſtud eſt irrōnabile. ¶ Dōm ꝙ ſi a corpori-

G bus vere mortuis ſanguis pñte occiſore fluat: aut interdum fluxerit: pōt eſſe ex triplici cauſa. ſ. Ex dei ꝓuidētia: ex demonum fallatia: ꝛ ex caſuali ꝯtingentia. ¶ De pmo pƺ q2 de⁹ ſepe volens nō manere ſcelera ipunita: ꝛ incognita: oſtēdit mirabil'r eoꝝ patratores qui al'ſ cognoſci nō poterāt. Et ita aliquādo deus volens punire iniuſtā mortē alicuius oſtendit occiſorē per iſtū modū vt puniret. ¶ De ſcḋo pƺ q2 demōes ꝓcurāt fallere nos: ꝛ volunt inducere aliq̄s ad credendum ꝙ aīe mortuoꝝ maneāt circa corpora quo̾ꝗ de occiſorib⁹ fiat vindicta: vt aliqui poete putauerunt. Jdeo interdū ꝓcurant fieri motū aliquē in corpe occiſi pñte occiſore: ita vt ſanguis fluat. ¶ De tertio pƺ q2 defluxio ſanguinis fit de corporibꝰ vulneratoꝝ occiſoꝝ nāl'r: ꝛ interdū poſt q̄ȝ videbaẜ ceſſare fluere: iteruƺ fluit: ꝛ iſtud fit ſiue aliquis pñs ſit: ſiue nemo. ¶ Et q2 qñ fit iſte fluxus ſanguinis nāl'r interdū cōtingit ꝑcuſſorē eē pñtem: vel tunc venire: putatur a ſimplicibus fieri ex aduentu illius: cū tñ fiat pure per accidēs: ſicut ſi forte intrante domū corruit aliqua pars domus: nō fuit forte cā ruine: ſed accidens fuit eū venire qñ domus naturaliter ruitura erat. ¶ Non eſt tamē putandū ꝙ ſit aliq̄ cā nālis determinata ad hoc faciendūƺ: q2 tunc ſꝑ adueniente occiſore ad pñtiam occiſi fieret talis effluxio: ꝛ falſum eſt. Nā cū iugulaẜ quis decreto iudicis ꝛ executor recedat a iugulato: ꝛ poſtea appropinquet non fit effuxio aliq̄ ſanguinis: ƺ ex euentu aliquo particulari ꝑpter aliquā ḋ tribus cauſis prepoſitis hoc accidit: ꝛ putatū eſt ſemper ꝛ nāliter accidere. De hīs Egi. romanus in quadā. q. de quolibet tangit.

H I

K

Rñ⁹ auctoris ad principal'r queſitū q̄ōnis. De mortuo q fluit ſanguine.

¶ An ira ſit aliqua paſſio ſpecialis diſtincta ab aliīs paſſionibus. ¶ Queſtio. CXXII.

**Queritur** nūc circa iraȝ cū xp̄s dixerit hic ꝙ nō ſolū pctm̄ erat occidere hoīeƺ: ſed etiā iraſci. Et qm̄ ira nō eſt habitus nec potentia aīe: ſed quedaȝ paſſio: querit an ſit aliqua paſſio ſpālis diſtincta ab aliīs paſſionibus. ¶ Dicunt aliq̄ ꝙ nō: q2 pōa iraſcibilis denoīaẜ ab ira: ꝛ tñ in iraſcibili nō eſt paſſio vnica: ſed multe paſſiones vel motus ſunt: ḡ nō eſt ira paſſio ſpālis. ¶ Jtē cuilibet paſſioni ſpāli eſt aliqḋ ꝯrium: ſicut audacie opponitur timor: ꝛ ita in ceteris paſſionibus ire: tamen nō eſt aliqua paſſio ſpecialis ꝯtraria: ergo ira nō eſt ſpecialis paſſio. ¶ Jtē vna paſſio ſpecialis nō includit alias: q2 tunc nō diſtingueret contra eas: ſicut genus non diſtinguiẜ cōtra ſpēm. Jra tamē includit triſtitiā: ꝛ ſpem ꝛ alia: ergo nō eſt ſpecialis. ¶ Dicendum ꝙ ſi ira nō eēt paſſio ſpecialis: cum cōſtet eam eē paſſionē: eo ꝙ nō eſt habitus. q2 nō habetur per acquiſitioneƺ. nec eſt potētia naturalis. q2 nō ſemper ineſt. ſed motus quidam factus in nobis. qḋ ad paſſionē pertinet. neceſſe eēt ipſam eſſe paſſionē generalē. ¶ Eſſe autē generale dupliciter dicitur. Uno mō per pdicationē ſicut gen⁹ ad ſpēs. ¶ Alio modo ſm cām. Et ſic ſol dicitur eſſe aliqḋ generale. ad omnia que generanẜ ꝛ corrumpunẜ in iferioribus. i. in tota natura elementali. Ut dixit Ariſto. ꝑ de generatione ꝙ per acceſſum ꝛ receſſuƺ ſolis in circulo obliquo fit generatio ꝛ corruptio in terrā. ꝛ Dio⁹. Jdē dicit lib. de diuinis nominib⁹. c. iiij. Sicut eniƺ genus continet multas differentias poteſtate ſm ſimilitudinē materie. ita agens continet multos effectus ſm virtutē actiuam. ꝛ ideo vtrūq̄ȝ generale vocari poteſt. ¶ Cōtingit auteƺ aliquē effectū produci ex cōcurſu diuerſarum cauſarum. Et quia omnis cauſa aliquo modo manet in effectu cauſe. erunt multe cauſe per cōcurſum in eodem effectu. Et ſic poterit tertio modo effectus eſſe generalis qui continet multas cauſas quodā modo. ¶ Accipiēdo ḡnale pmo modo ira non eſt paſſio generalis. q2 non ꝯtinet ſub ſe

Opinio q̄rūdam. pma rō. ſcḋa rō. tertia rō. A Rñdeẜ ad queſituƺ. q. B Accipiẜ generale dupliciter.

ſub ſe aliquas paſſiones de quibus pꝛedicetur: ſicut genus:
ſed diuiditur contra aliquas paſſiones ſicut vna de ipſis.
¶ Secundo modo etiam ira non eſt paſſio gn̄alis: qꝛ nō ē
cā aliaꝝ paſſionū: ſed magis poſſet hoc mō dici amoꝛ eē paſ
Ira nō cauſat ſine tribus paſſionibus. ſio gn̄alis qui eſt cā oiuȝ: vt dicit Augu. xiiij. de ciuitate dei.
Amoꝛ. n. eſt pꝛima radix oiuȝ paſſionū. ¶ Sed tertio mō pt
dici ira eſſe paſſio gn̄alis iquātū eſt effectus multaꝝ paſſio-
num. ¶ Nā multis ꝯcurrētibus in vnū inſurgit ipſa. Oȝ. n.
tres ſaltē paſſiones eſſe ad hoc ꝙ ira ſit. ſ. triſtitiā: ſpeȝ: ⁊ de-
ſiderium. Nā nunq̄ȝ inſurgit motus ire niſi ꝓpter aliquā tri
ſtitiā illatā: ⁊ ſit ibi deſideriū vindicte: ⁊ hcatur ſpes de vin-
dicando: qꝛ vt dicit phs. ij. rheto. iratus hȝ ſpem puniēdi. Hȝ
n. appetitū vindicte vt ſibi poſſibilis. Un̄ ſi pſona inferēs no
cumentū fuerit multū excellens de qua nō poſſit ſpari vlla
vindicta ſuſcipiens iniuriā non iraſcit̄ ſed triſtitiā hȝ: vt dic̄
Auicē. li. de aīa. Erit g̃ iſto modo paſſio generalis. i. ex cōcur
ſu multaꝝ inſurgens. Et tn̄ ipſa ꝓpꝛie vna paſſio eſt diſtin-
cta ꝯ alias: qꝛ ipſa non eſt triſtitia: nec ſpes: nec deſiderium.
C ¶ Ad pmū dōm ꝙ potētia iraſcibilis noiat̄ ab ira: non qui
Ad pm ar. dē ꝙ ad ipſam potentiā ipſa ſola paſſio ptineat: qꝛ alie mlt̄e
ſunt in ea: iſta tamē manifeſtioꝛ eſt oibus. Et ꝓpter h̄ ab ea
ſola nomen aſſumptū eſt: ſicut multe ſunt delectationes pꝛe
ter coꝛpales: ⁊ tn̄ qꝛ iſte magis mãifeſte ſunt ꝓpter ipſas co
gnitas eſſe: ipſas ſolas d̄lectationes vocāt appꝛopꝛiato ſibi
hoc noīe: vt ait ariſt. vij. ethi. Ira aūt nō ſolū manifeſtioꝛ eſt
alijs paſſiōibus que ſunt in pte iraſcibili: ſȝ ēt gn̄aliter ē ma
nifeſtioꝛ oi paſſione. Qō magis manifeſta eſt q̄ȝ cōcupiſcen
tia que eſt de paſſiōibus notiſſimis. Et ꝓpter h̄ dicit Ariſt.
vij. ethi. eē cōcupiſcētiā vitupabilioꝛē q̄ȝ irā. ſ. adhuc iniuſtio
res: magis inſidiantes: iracūdus qdē non inſidiatoꝛ nec ira
D ſed manifeſtus: cōcupiſcentia autē doloſa. ¶ Ad 2m dōm ꝙ
ad. 2. ar. ira habet aliquā cōtrarietatē. Non qdē ꝙ aliq̄ paſſio ſit ſibi
ꝯꝛia: ſed ꝙ ipſa cātur ex ꝯꝛijs paſſionibus. Nā ibi eſt ſpes: ⁊
iſta eſt de bona: ⁊ eſt triſtitia que eſt de malo. Etiā ibi eſt de-
ſideriū: qō de bono eſt: iō ꝯꝛietatē habet in cauſis ſuis: lȝ nō
in ſeipſa reſpectu alterius. Et h̄ ſufficit. Sic. n. eſt in medijs
E coloꝛibꝰ in qbus non eſt ꝯꝛietas ſm ſe: ſed eſt ꝯꝛietas ſimpli
Ad 3. ar. cium coloꝝ ex quibus cāntur. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ vna paſ
ſio ſpālis nō includit alias tanq̄ȝ genus ipſaruȝ: ⁊ tn̄ poteſt
includere ſicut cā effectū: vel effectus cām. Ira aūt continet
paſſiones aliquas vt effectus cās ſuas: vt. ſ̄. dictū eſt. Et iō
pōt ſic vocari paſſio gn̄alis. Ipſa tn̄ in ſe vnica eſt. Sic. n. po
nunt eā phi tanq̄ȝ ſpecialē paſſionē. ⁊ ita ponit Tulius. iiij.
lib. tuſculanaꝝ qōnū: ⁊ ēt Damaſcenus. De hijs ſcūs Tho.
pma ſcōe. qōne. xlvj. articu. pꝛimo.

¶ Quid ſit obiectum ire. Qō. CXXII.

Opi. qrn̄dā pa rō. **Queritur** circa obiectū ire qd ſit. ¶ Aliqui dixe-
rūt ꝙ malū ſit obiectū eiꝰ. Dicit. n. Gre-
niſſenus ꝙ ira eſt armigera ꝯcupiſcētie iquātū. ſ. impugnat
id qō impedit cōcupiſcentiā. Nā ſicut per amoꝛē mouet̄ ho
mo in bonū qō cōcupiſcit: ita per irā reſiſtit oi volenti impe-
dire in bono illo. Omne tn̄ impedimentū habet rōnē mali: g̃
ſecūda rō. ira reſpicit malū tanq̄ȝ obiectū. ¶ Itē ira ⁊ odiū q̄ʒtū ad ef-
3rō. fectū ꝯueniunt: quia vtrūq̄ȝ infert nocumentū: ⁊ tn̄ odiū re-
ſpicit malū vt obiectū: g̃ ēt ira. ¶ Itē vt dicit Ari. vij. ethico.
Ira cātur ex triſtitia. Nā ipa ira opat̄ cū triſtitia. Triſtitia āt
A de malo eſt: qꝛ de eo ſolo triſtamur qō nobis malū vī: ergo p
Rn̄det ad queſituȝ. q. tinet ira ad malū. ¶ Dōm ꝙ ira eſt qdā motus factus in po
tentia appetitiua: ⁊ qꝛ appetitiua nō cognoſcit: neceſſe eſt ꝙ
ois motus factus in pōa appetitiua ſeq̄tur aliquē actū ṽtu-
De mō paſſionis. tis appꝛehenſiue que eſt cognitiua. Uis āt appꝛehēſiua du-
pliciter appꝛehendit. Uno mō per moduȝ incōplexi: vt cum
intelligimus qd ſit hō. Alio mō per modū cōplexi. vt cuȝ in
telligimus hoiem eē albū. Utroq̄ȝ mō ipſa vis appetitiua pt
tendere in bonuȝ ⁊ in malū. Per modū. n. ſimplicis ⁊ incō-
plexi vt cū appetitus ſimpl'r inheret bono: vel refugit malū.
Et tales motus ſunt circa bonū deſideriū ⁊ ſpes ⁊ delecta-
tio: circa malum aūt triſtitia ⁊ doloꝛ ⁊ ſimilia. Per modū āt
complexi mouetur aliq̄n appetitus: ſicut cū appetitus fertur
in hoc ꝙ aliquid boni vel mali fiat alicui: vel inſit ei: ⁊ h̄ ten
dendo in iſtud vel fugiendo ab eo: ſicut mãifeſte apparet in
amoꝛe ⁊ odio. Amamus. n. aliquid inquātum volumus bo-
num ineſſe illi: intelligendo de amoꝛe ad extraneum qui vo
catur amoꝛ amicitie. Sic etiam odimus aliquid ſiue aliqueȝ
inquantū volumus ei malū ineſſe. Iſtud autē eſt in ira: qꝛ q
cunq̄ȝ iraſcit̄ alicui querit vindictā de eo. Et ſic motꝰ ire duo
querit: vel in duo tendit. ſ. in ipſam vindictaȝ quā appetit ⁊
ſperat ſicut: quoddā bonuȝ. Et quātū ad hoc ira habet quā-
dam delectationem: qꝛ bonum delectationē cauſat. ⁊ ſic quā
do iratus conſequitur vindictaȝ quaſi adeptus bonū quod
intendebat delectatur de eo. ¶ Fert̄ ira etiā in id de quo q̄-
rit vindictam tanquā in qōdam malum ⁊ nociuum. Et hoc
pertinet ad rationē mali. Et ſic ira ſemꝑ fertur in duo. Et iō
motus ire eſt motus appetitus: pꝛout cōſequitur vim appꝛe
henſiuam appꝛehendentē aliquid cōplexe. Et ſic eſt de om-
nibus paſſionibus que ſunt in iraſcibili: qꝛ ſemper ſequunt̄
appꝛehenſionē cōplexam. Nam ſic etiā de ſpe que pōit̄ i ira
ſcibili. ¶ Eſt autem ad hoc duplex differentia ire ad odiū: ⁊ B
ad amoꝛem: ⁊ alias paſſiones ad quas comparatur. ¶ Pꝛi
ma eſt qꝛ ira ſemper reſpicit duo obiecta. ſ. bonū: ⁊ maluȝ vt
oſtēſum eſt. Amoꝛ autē ⁊ odiū aliquando reſpiciunt vnum Dr̄ia ire
obiectuȝ: aliquando duo. Nā amoꝛ diſtinguit̄ in amoꝛeȝ cō- odij ⁊ a-
cupiſcētie ⁊ amicitie. Amoꝛ ꝯcupiſcētie ad vnicā rē eſt. ſ. qn̄ moꝛis.
aliquā rem ſub ratione boni volumus: quā pꝛo nobis volu-
mus. ⁊ tamē amoꝛ ad ipſaȝ rē terminatur. ⁊ ſic dicit̄ aliquis
amare equū vel vinū: qꝛ pꝛo ſe illa vult. ⁊ tunc accipit̄ ama-
re pꝛo cōcupiſcere. viij. ethic. ¶ Alio modo accipit̄ amoꝛ pꝛo
amoꝛe amicitie: ⁊ tūc eſt ſimul ad duo bona. ſ. ad iſtud qō vo
lumus: ⁊ cui volumꝰ. Et ſic dicimur amare amicū: qꝛ bonuȝ
qōdam ei volumus: ⁊ hoc modo ponit̄ amoꝛ in diffinitione
amicitie. viij. ethic. ſ. amicitia eſt amoꝛ non latēs in ꝯ paſſis.
¶ Scōa differētia eſt: qꝛ accipit̄ vtrūq̄ȝ obiectū ex pte amo-
ris vt bonū: ⁊ ex pte odij vtrūq̄ȝ vt maluȝ: ex parte autē ire:
vnuȝ vt malum: alterū vt bonū. De amoꝛe patet: qꝛ vult ali-
quis bonum alicui per amoꝛem: ⁊ ipſum cui vult vt bonuȝ
reputat: qꝛ amicus eſt bonū amici cū ſit qōdā conueniens ſi
bi. Sic dicit̄. viij. ethi. qō amicus factus bonū eſt ei cuius eſt
amicus. Sic ēt in odio. Nam malū hō vult alicui tāq̄ȝ malo
qꝛ cū qs oderit alteꝝ reputat eum tanq̄ȝ malū ſibi. i. aliqd ſi-
bi inconueniēs: ⁊ ēt illi malū vult. Ira autem mouet̄ in vnū
ſm rōnem boni: qꝛ vindictam appetit vt qōdā bonū: q̄ non
ſolum iudicat bonū inquātū iratus quietatur in ea tanquā
in quodā bono: ſed ēt eſt bonū. i. iuſtum qōdam: quia lȝ vidi
cta ſit ſepiſſime iniuſta tam ex parte deſiderij: q̄ȝ ex parte rei
deſiderate. ſ. qꝛ deſideratur alicui de malo pluſq̄ȝ opȝ: tamen
ille qui mouetur per iram reputat ſibi iniuriam factaȝ ⁊ ap-
petit vindictam tanq̄ȝ qōdam iuſtum ſibi apparens iuſtum.
Reſpicit auteȝ ira aliud vt malum ⁊ nociuuȝ. ſ. iſtud de quo
vindictā querit: qꝛ iſtud qō nociuū eſt: licet ſimpliciter malū
non ſit: tamen ei cui nociuū eſt malū eſt: ⁊ reputauit iſtō vt
malū. Et ſic ira eſt paſſio quaſi cōpoſita ex duobus ꝯtrarijs:
non in ſe: ſed ex pte obiecti: qꝛ lȝ ira in ſe ſit vnicus motꝰ qui D
ſimul ſit: tamē ad duo eſt. ¶ Ad pmū dōȝ ꝙ ira de malo eſt ad p. ar.
tanquā de eo quod deſiderat. Unde inquātū ipſa reſiſtit im
pedienti delectationē mouetur impediens tanq̄ȝ in maluȝ ⁊
nociuuȝ: ⁊ fertur in ipſam vindictā de illo tanq̄ȝ in qōdā bo
num quod putat mereri ipſum impediens: qꝛ tamen bonuȝ
eſt pꝛincipalīꝰ q̄ȝ malū: licet ira reſpiciat ſimul bonum ⁊ ma
lum: denominatur a bono: ideo dicit̄ ꝙ ira eſt appetitus vin
dicte: vt dicit̄ pmo de anima. Et Aug. ij. confeſſionum dic̄ ꝙ
ira vindictā appetit. Poteſt tamē in diffinitione iſta vtrūq̄ȝ
intelligi: qꝛ ſi vindicta appetit̄: de aliquo appetit̄ iſtud auteȝ E
de quo appetitur malū eſt. i. vt maluȝ reputatur. ¶ Ad ſecū Ad ſecū
dum dōm ꝙ ira ⁊ odium ꝯueniunt in effectu: qꝛ vtraq̄ȝ paſ dū arg.
ſio nocumentū infert: ⁊ tamē nō ſm eandē rōnem: qꝛ odiuȝ
reſpicit vtrūq̄ȝ ſub ratōe mali. ſ. ipſum quod deſiderat: ⁊ iſtō
cui deſiderat. Et dato ꝙ iſtud malum quod quis cupit alte- Cōpatō
ri ex odio ſit ei debitum: qꝛ ipſe meretur iſtud ⁊ quātū ad h̄ ⁊ differē
iſtud eſſet bonum. i. iuſtum: tamen ex paſſione odij non vo- tia ire ⁊
lumus iſtud vt debitum ⁊ iuſtum: ſed ſolum inquantum eſt odij.
malū quoddam nociuum. Et pꝛopter hoc odiuȝ ſemper ē de
teſtabile cum non poſſit eſſe ſub ratione boni. Et tamē odiū
eſt ad hominem: qui ſaltem ſm naturam bonus eſt. Et ideo
nulli homini licet aliquid velle pꝛo altero niſi vt iſtud eſt bo
num vel iuſtum. ideſt ſiue ſit bonum illi homini: ſiue ſimpli-
citer. Sicut puniri vicia eſt ſimpliciter bonum: quia malum
culpe reducitur ad oꝛdinem boni per penam regulantē ipȝ.
Licet ergo puniri ſit afflictiuum eius qui punitur: tamē pōt
quis deſiderare ꝙ aliꝰ puniat̄: iquātū punitio ſua eſt ſimpl'r
bona: qꝛ ille malus eſt: vl' iquātū vtilis eſt rei publice: vt alij
foꝛmident:

formident: ſiue vt mali abſcindantur de re publica ne noceant ei. Et iſte due conſiderationes deberent haberi principaliter in qualibet punitione peccatorum. Sic dicitur deutero no. xxj. de filio cõtumace ⁊ luxurioſo. ſcꝫ. Lapidibus obruet eum populus ciuitatis vt auferatis malum de medio veſtri: ⁊ vniuerſus iſrael audiens pertimeſcat. Ira autem infert materialiter eũdem effectum quem odium. ſ. nocumentum ei cui infert: ⁊ tñ nõ ſub eadẽ rõne: ſed potius ſub rõe bõi. Immo nõ pt ira iferre nocumentũ ſub rõne mali: qꝛ ira eſt appetitus vindicte: ipſa aũt vindicta eſt retributio q̃dã: ⁊ iõ ex nã ſua dicit qõdã iuſtũ. Nã ſic iudex adeq̃t. ſ. illi qui gauiſus eſt mala inferendo ꝓxio iudex infert malũ: vt tñ iam hẽat iſte de malo q̃tũ ille. Et ſic indebite accepit bonũ. ſ. gaudens in malo: qõ alteri itulit: ita debite accipiat malũ in quo triſtet pluſq̃ volebat ⁊ pluſq̃ al's triſtari debuiſſet ſi non ituliſſet malum. Iſta. n. eſt adequatio iudicis. v. ethi. Cum ĝ ira moueat in vindictã: ſub rõne boni mouet. Põt tñ iſtud eſſe malum. i. nõ ꝓportionatũ vel regulatũ: qꝛ retributio dꝫ fieri ſꝫ quãdã cõmẽſurationẽ iniurie. Irat⁹ ãt vt cõiter plus vult retribuere q̃ paſſus eſt. Iõ ira nõ eſt malum ex ꝑte eius qõ cupit: nec iratus peccat ex hoc: ſed peccat iratus ꝓncipal'r in duob⁹ ſcꝫ general'r. ¶ Primũ qꝛ nõ cõmẽſurat retributionẽ: ſꝫ cõiter plus infert q̃ paſſus fuerit. ¶ Scdo peccat in mõ: qꝛ iuſtitia retribuit peccãti malũ: ⁊ tñ ſine aliq̃ cõcitatione ai: ſꝫ cum quadã tranquilitate iudicij: ira aũt ſemꝑ facit cũ quadã perturbatione: vt dicit. vij. ethi. Nã licet ira incipiat audire rõnem q̃tũ ad hoc ꝙ cognoſcatur iniuria eſſe facta: tñ poſtea non audit: ſed ꝓuolat ꝓpter ſuã velocitatẽ ad retributionem. Et ex hoc põt ſequi error circa oẽs circũſtantias. ſ. qꝛ iterdum iraſcet hõ de eo de quo non debet iraſci: vel vbi nõ debet: vl' qñ non debet: aut quãtũ nõ debet. ¶ Et de hoc ponit exemplum Ari. vij. ethi. dicens ꝙ ira eſt ſicut miſtri veloces: q anteq̃ audiant totũ qõ eis dñs iubet currunt ad actionẽ: ⁊ poſtea peccãt in actiõe: neſciẽtes q̃l'r facere debeant: qꝛ nõ audierunt totũ mãdatũ dñi per qõ dirigi debebant in agendo. Dicit ẽt ꝙ ſunt irati vel ipſa ira ſicut canes. Eſt. n. canis valde velox ad motũ: qꝛ cõcitat ſpũs eius: iõ cũ audierit portam pulſari latrat: non diſtinguẽs qs pulſet: ⁊ poſtea ſi viderit eẽ dñm vel hoiem notũ tacet. Prius tñ debuiſſꝫ vt recte ageret videre qs ſonitũ fecerat: ⁊ tunc latrare. Ita irati audiũt rõnem aliq̃l'r. ſ. ſolũ vt oñdat iniuriã eſſe factã: ⁊ poſtea nõ audiunt: an illa debeat vindicari: vel non: vel q̃l'r debeat vindicari: aut vbi: ⁊ q̃ũo. ⁊ ſic hõ irat⁹ peccabit per oia hec vl' peccare poterit: qꝛ rationẽ non audit. Et ſic iterdũ hõ iraſcitur cõtra amicũ ſuũ: vel pro re illa de qua erubeſcit poſtea fuiſſe iratũ. Et hoc eſt qꝛ ira nõ audiuit plãe determinationẽ rõis. ⁊ dicit Ari. ꝙ hoc eſt ꝓpter caliditatẽ ⁊ velocitatẽ nãe. ſ. qꝛ eſt ira per colerã que eſt calida ⁊ velox. Ex hĳs pꝫ ꝙ ira aliqñ põt eẽ bona. Nã ira ſm ſe ꝓpter bonũ mouet. ſ. ꝓpter retributionẽ eius qõ debet alicui tanq̃ penale ꝓꝓ malũ qõ intulit. Si ĝ ira audierit rõnẽ: ita vt appetamus retributionem cui debita eſt: ⁊ q̃tũ eſt dbita: ⁊ vbi: ⁊ q̃ũo: ⁊ ſic de alĳs: erit ira total'r bona. ⁊ ſic non ſolũ eſt aliqñ bona: ſed ẽt interdum eſt necia: ſicut eſt de illa quã vocamus irã per zelũ: que maxime ꝯuenit ꝓlatis: de qua. ĭ. dicet. ¶ Odiũ ãt nũq̃ põt eẽ bonum: qꝛ eſt de malo: ⁊ inquãtũ malũ eſt. Iõ ſi odiũ fuerit ad hoiem vel ad aliquã nãm que aliq̊ mõ bona eſt: ſꝑ erit malũ qꝛ cũ in qualibet nã ſꝑ repiatur aliqd boni: nũq̃ licet ei velle malũ ſub ratione mali. Si aũt poſſet hẽri odiũ ad aliquid qõ ita eẽt malũ ꝙ nihil de bono hꝫet: eẽt iuſtũ odiũ. ⁊ ſic poſſumus imo debemus odiſſe pctã: qꝛ pctm̃ malũ ẽ: ⁊ totaliter malũ: ita qõ nihil boni dicit: ſed ſolã boni ꝓuationẽ: hoiem ãt aut aliquã creaturã odiſſe nõ licet. ⁊ tñ licet iraſci ꝯ̃ hoiem. Et ſic põt ira eſſe bona odiũ autẽ non põt eẽ bonũ ſm ꝙ ad ꝓximum eſt. Iõ non eſt ſimile de ira ⁊ odio. De hĳs ſanctus Tho. ꝑma ſcde. q. xlvi. articu. ij.

B Jn quo peccat ira: ⁊ in q̃ recte vult.

D

J

Odium nũq̃ eſt bonũ ſꝫ ira aliqñ eſt bõa.

## ¶ In qua potentia ſit ira. Qõ. CXXIIII.

Querit circa ſubm ire: nã ipſa eſt paſſio quedam: ⁊ oẽs paſſiones ſunt in potẽtĳs: iõ eſt dubiũ in qua põa ſit. ¶ Dicunt quidã ꝙ in cõcupiſcibili: qꝛ vt ait tulius. iiij. li. tuſculanaꝝ qõnũ. Ira eſt libido quedã. Libido tñ ponit in ꝯcupiſcibili: ergo ẽt ira. Nã libido ꝯcupia q̃dã ẽ. ¶ Itẽ dicit Aug. in regula ꝙ ira creſcit in odiũ: ⁊ Tuli⁹ li. eo. dicit ꝙ odiũ eſt ira inueterata. Et ſic nõ dĩt ira ab odio niſi per augmentũ. ſ. inq̃tũ creſcit ira in odiũ: vel per tp̃s inq̃tũ odiũ eſt ira inueterata: ⁊ tñ dñia tꝑis vel augmẽti ⁊ diminutionis nõ variat ſpẽm. ĝ pertinebũt ad eandẽ ſpẽm ira ⁊ odiũ. Sed hoc nõ eſt poſſe ſi ſint in diuerſis potẽtĳs: qꝛ paſſiones ⁊ hitus diuerſaꝝ põaꝝ inter ſe ad min⁹ dñt ſpẽ: vt pꝫ in hitibus intellectus ⁊ volũtatis: odiũ tñ eſt in põa concupiſcibili: ergo ẽt ira. ¶ Itẽ Damaſcenus ⁊ Grego. niſſen⁹ dicunt ꝙ ira cõponitur ex triſtitia ⁊ ꝯſiderio. Iſta tñ duo ponunt in cõcupiſcibili cũ deſideriũ ſit de bono qõ delectat. ⁊ triſtitia ſit de malo oppoſito: iõ nece eſt ꝑtinere ad eandẽ potẽtiã. ſ. ad cõcupiſcibilẽ: ĝ erit ira in ꝯcupiſcibile. ¶ Dicendũ ꝙ ira põitur in põa vel vi iraſcibili. Nã ab ipſa noiat viſ iraſcibilis: iõ nõ põt ꝑtinere ad cõcupiſcibilẽ. ¶ Pro q̊ ſciẽdum ꝙ in iraſcibili ponunt multe paſſiões lꝫ ipſa noiet a ſola ira qꝛ ipſa eſt magis cognita. ⁊ dñt oẽs iſte paſſiones potentie iraſcibilis a paſſionibus potẽtie ꝯcupiſcibilis: qꝛ obiecta paſſionum cõcupiſcibilis ſunt bonũ ⁊ malũ abſolute: paſſiones aũt vis ꝯcupiſcibilis ſunt ad bonũ ⁊ malũ ſub q̃dã eleuatione ⁊ arduitate. ⁊ ſunt paſſiones ille ad iſta obiecta ſub rõne magni vel ardui ⁊ eleuati. Dcm̃ eſt ãt ꝙ ira reſpicit duo obiecta. ſ. vindictã quã appetit: ⁊ in hanc fertur vt in bonum: ⁊ iſtud de quo vindictã appetit: ⁊ in hoc fert vt in malũ ⁊ nociuum. Utrũq̃ ãt hꝫ quãdã arduitatẽ. Nã ira nõ iſurgit niſi circa aliquã magnitudinẽ. i. ꝓpter aliqd qõ putat multum nociuũ vel multũ iniurioſum. Quecũq̃ ãt ſunt valde parua nõ exiſtimamus eẽ digna ira. ⁊ de illis nõ iraſcimur: vt phs dicit in rheto. ¶ Cũ ĝ ira requirat magnitudinẽ tã in bono quã in malo. ſ. in illis rebus ad que eſt: manifeſtũ erit qõ ira ſit in põa iraſcibili: cuius paſſiões in arduũ tendũt. Paſſiones aũt ꝯcupiſcibilis nõ tendunt in aliqd arduũ: vel ſub ratione ardui. Qꝛ lꝫ interdum accidat difficile eſſe id qõ per cõcupiſcibilẽ queritur. i. ꝙ ſine magna difficultate non poſſet haberi. Iſtõ tñ eſt per accidẽs. Nã delectatio tactus ⁊ guſt⁹ circa quã eſt ꝯcupiſcibilis nõ eſt aliqd magnũ. Nõ põt ergo ira pertinere ad cõcupiſcibilẽ. De hĳs ſcũs Tho. ꝑma ſcde. q. xlvj. arti. iij. ¶ Ad ꝑmũ dõꝫ ꝙ ira libido quedã eſt vt Tullius dicit. Et tñ accipit ibi tunc large libido. ſ. ꝓ appetitu cuiuſcũq̃ boni nõ hiti ſed futuri: nõ hita ꝯſideratiõe an ſit arduũ vel nõ arduũ. Et ſic libido eſt nomẽ gñale ad ml'taſ paſſiones tã in ꝯcupiſcibili q̃ in iraſcibili. Nã ira appetit⁹ qdam boni eſt. ſ. vindicte. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ ira creſcit in odium: nõ ꝙ eadẽ paſſio nũero que eſt ira ſit odiũ: ſed per hoc ꝙ ira creſcit creatur odiũ. Nã ex parua ira non gignit odium. ⁊ ſic nõ differunt ira ⁊ odiũ ſicut paruus lapis ⁊ magnus lapis ſed ſic aliq̃ que habẽt diſtinctas magnitudines que nõ pñt cõpetere eidẽ ſpẽi. Nã nõ poteſt reperiri forma hois ſub tam magna quãtitate ſic vna turris: ⁊ ita de differẽtia oium ſpẽꝝ inter ſe: qꝛ q̃libet forma ſpecifica que eſt corꝑis organici determinat ſibi certã magnitudinẽ: ⁊ non põt eſſe in q̃cunq̃: ita odiũ habet quẽdã ſtatum incrementi ſuꝑ irã: ad quẽ ira ꝑuenire non põt. ⁊ ſic ira magis ſe habet ad odiũ per cãm quã material'r. ¶ Sic etiã cũ dicit ꝙ eſt odiũ ira inueterata: nõ eſt intelligendũ qõ ipſamet ira ſit odiũ: ſed ꝙ per diuturnitatẽ quãdã ira cãt odium: ⁊ non efficitur ipſa odiũ: ſicut deſiderium triſtitia: ⁊ ſpes ſimul irã cauſant: ⁊ tñ nulla iſtaꝝ eſt ipſa ira. ¶ Ad tertiũ dõm qõ ira dicitur cõponi ex triſtitia ⁊ deſiderio: non tanq̃ ex ꝑtibus ꝯſtituẽtibus: qꝛ q̃libet paſſio eſt qdam motus ſimplex vel forma ſimplex ꝑtinens ad qualitatẽ: iõ non põt eſſe cõpoſita ex duab⁹ formis: maxie qꝛ nõ erat poſſibile ꝯiungi duas q̃litates vt aliqd vnũ cõſtitueret ⁊ qñcũq̃ aliquid cõponit vel ꝯſtituitur ex duob⁹ aut pluribus: nece eſt alteꝝ eſſe vt potentiã ⁊ alteꝝ vt actum: ⁊ tamẽ due q̃litates ſunt: ⁊ duo actus: ideo nõ eſt poſſe ex eis ſolis aliquid componi vel ꝯſtitui. ¶ Sed dicitur componi ira ex iſtis. i. qõ ex concurſu iſtarum tanquã cauſarum reſultat ipſa ira tanquam quidam effectus. Et tunc dicemus quod ira ex tribus compõitur. ſcilicet ex triſtitia: deſiderio: ⁊ ſpe. Triſtitia enim prior eſt: quia eſt de malo inflicto nobis: ⁊ propter iſtud homo mouetur ad retributiõem: ⁊ iſtud moueri eſt deſiderare. Etiam eſt ibi ſpes. quia ſi non ſperaremus poſſe retribuere nocumentũ iniurianti: non moueremur ad iram. ſed ſolum triſtaremur tanquã malum patientes quod repellere non poteramus.

Opinio q̃rundã ꝑª rõ. 2ª rõ.

tertia rõ.

Rñſio ad queſitum. q. A

Dñia paſſionũ ꝑtis cõcupiſcibilis ⁊ iraſcibil.

B

C ad ꝑ. argu.

D Ad 2m arm

Quõ creſcit ira i odium.

E ad 3m arm

An ira ſit cõpoſita ex tribus paſſionibus.

## ¶ An ira ſit cum ratione. ¶ Queſtio. CXXV.

Queritur an ira ſit cũ rõne. ¶ Aliq dicũt qõ nõ. Nã ira ẽ paſſio q̃dã i appetitu ſẽſitiuo.

Opinio q̃rũdam. ꝑma rõ.

appetitus tamen ſenſitiuus non ſequit̄ apprehēſionē ratio-
nis. ſed partis ſenſitiue. ergo ira non eſt cū rōne. nec eā ſeq̄t.
ſcd̄a rō. ¶ Itē aīalia bruta non hn̄t rōnē: in eis tamen ira eſt: ſapie.
.3 rō. vij. ſ. q̄ ſapia nouit iras beſtiarꝝ: ḡ ira non eſt cū rōe. ¶ Itē
4. rō. ebrietas ligat rōnē: ⁊ tn̄ adiuuat irā: ḡ nō ē ira cū rōe: q: tūc
in ſolis hn̄tibus rōnē ſolutā: eēt ira. ¶ Itē p3 q: ſi ira eēt cū
rōne: vbi eſſet magis rō eēt magis ira: ⁊ tn̄ rō ſiue itelligen-
5. rō. tia pfectius eſt in deo: ⁊ in angelis q̄ hoīe: ḡ eēt ibi magis
ira. S3 falſum eſt: q: in deo: ⁊ in angelis nulla ira eſt. ¶ Itē
in ipſo hoīe in quo eſt rō ⁊ ira: q̄to eēt rō magis vigens: eēt
tāto ira maior: ſed falſu3 eſt: q: q̄to aliqs magis viget i actu
rōnis: tāto minus de ira ⁊ alijs paſſioib⁹ in eo eſt: cū p rōnē
oīa moderent̄. In illis aūt in qbus eſt paucus vſus rōis eſt
multa ira: iō dixit Salomō: q̄ iter ſtultos ſp ſunt iurgia: ſa-
A piens āt cauet illa. ſ. q: illi q ſtulti ſunt neſciūt moderari irā:
Rn̄det ad ⁊ iō ſp ſunt in ɔtētiōib⁹. Nō eſt ḡ cū rōe. ¶ Dōm q̄ ira aliq̄
queſitu3. q. mō eſt cū rōne. Nā ira audit rōnē: vt manifeſtet eſſe iniuria
fcā3: q: al's nullus eēt motus. Et in b̄ dicit Ari. vij. ethic. dif
ferre irā ɔcupia3: q: ira aliq̄ mō audit rōnē l3 nō pfecte audi
Dñia ire ⁊ at: cōcupia aūt nullo mō. ſ. ira q̄dē ɔſeq̄t rōnē aliq̄l'r: ɔcupia
ɔcupie. āt nō: iō ɔcludit q̄ eſt ɔcupia turpior. ¶ Hoc āt app3 mag̃l:
q: ira eſt appetitus vindicte de aliq̄ q̄d extimat̄ intuliſſe da-
num vel iniuriā. Iſta aūt apprehenſio eſt cōplexa: q: appre-
henditur hic ip3 aliq̄d iniuriā intulit: ⁊ ipſa iniuria illata: ⁊
ēt vindicta debita p illa iniuria. Et iſtud colligitur q̄ſi per
modū ſilogizantis ⁊ diſcurrētis. ¶ Nā rō arguit ſic. Iſte in
iuria3 intulit: ⁊ tunc inſurgit motus ire q̄ſi ſilogizans: ḡ ipu
gnanda eſt: ⁊ non expectat vltra mandatū rōnis ⁊ ſilogiza-
re: tn̄ eſt opus rōnis: ḡ ira cū rōne eſt aliq̄l'r. Sic dī ethi. vij.
ſ. rō quidē vel fantaſia qm̄ iniuria vel ɔtēptus manifeſtauit:
hoc aūt queadmodū ſilogizās: qm̄ op3 talē oppugnare: ⁊ po
ſtea dicit q̄re quidē ira ɔſequit̄ rōnē aliqual'r. Iſtud āt poīt
ad oſtendendā dñiā inter iram ⁊ ɔcupia3. Nā ira nō iſurgit
ſine rōne iudicāte: concupia āt non expectat ad rōnē iudicā
te3: nec eſt ab ea p̄ncipiū ſui motus: iō ira eſt paſſio nobilior
B quā ɔcupia: q: ad rōnē magis ptinet: q̄mō āt ira ſilogizet di
Ad p̄m ar. cetur. ſ. q. cxlv. ¶ Ad p̄mū dicendū q̄ motus virtutis appe
titiue pōt eſſe dupl'r cū rōe. Uno mō vt a rōne pcipiēte: ⁊ ſic
voluntas eſt cū rōne: q: ipſa ſeq̄t itellectū determinātē: ⁊ ob
hoc vocatur appetit⁹ rōalis. ⁊ eſt rōalis per eēntiā: vt p3 pri
mo. ethi. in fine. Alio mō dī appetitus cū rōne. i. cū rōe dnū
ciante aliq̄d fcm̄ eſſe: l3 nō plene determināte. Et ſic ira ē cu3
rōne. Nā ſi eſſet cū ratione diffiniēte: ⁊ ſeq̄ret eā per oīa: eēt
ira aliqs motus factus in voluntate: ⁊ ptineret ad ptē rōna
lē fm̄ eſſentiā. Dicit aūt Ariſt. li. de problematibus: q̄d ira ē
cū rōne: ſed vt manifeſtat iniuriā. Appetitus. n. ſenſitiu⁹
C imediate rōni nō obedit: ſed mediate voluntate: ⁊ iō rōnem
ad. 2. ar. non aſcultat perfecte. ¶ Ad fm̄ dōm q̄ in aīalib⁹ brutis eſt
ira: q: l3 nō hn̄t intellectū: hn̄t tn̄ nālē inſtinctū ex dīna rōne
eis indictū per quē hn̄t motus interiores ⁊ exteriores ſimi-
les motibus nr̄is. Etiā l3 nō ſit in eis itellectus eſt fantaſia
⁊ imaginatiua que colligit intentiones pticulares: ⁊ exiſti-
matiua que rōes inſenſatas accipit a ſpēb⁹ ſenſatis. i. rōnem
amicitie vel inimicitie nocumenti vel dlectatiōis. Et hoc ſuf
ficit ad hoc q̄ ſit ira. Qm̄ illa non ſolū eſt cū rōne: ſed ēt cu3
fantaſia: vt p3. vij. ethi. ſ. rō quidē vel fantaſia: qm̄ iniuria vel
D ɔtēptus manifeſtauit. Eſt aūt fantaſia in beſtijs: que erit lo
ad. iij. ar. co rōnis: iō ibi poterit eſſe ira. ¶ Ad. iij. dōm q̄ ira audit ra
tionem aliqual'r. ſ. vt denunciante3 iniuriā vel ɔtēptū factū
fuiſſe. vij. ethi. l3 nō audiat vſq3 ad finē rōnem determinātē
ſ. an retributio ſumi debeat: ⁊ q̄liter: ⁊ q̄tū. Et ſic nō obſer-
uat regulā rationis oīno: ſed peccat. Un̄ ad irā regrit̄ actus
Ebri⁹ quan aliquis rationis p̄cedens. Et ēt eſt ibi impedimētū rōnis ſe-
do iraſcitur quens ppter iram. Un̄ dicit Ariſto. li. de problematib⁹ q̄ illi
⁊ qn̄ non. qui ſunt multū ebrij: ita q̄ nihil hēatur de iuditio ratiōis nō
iraſcuntur: q: eſt in eis total'r ligata rō: ſic etiam dormiēs nō
iraſcitur: ſed qn̄ non ſunt ita pfecte ebrij ſunt magis p̄pti
ad iram: ex eo q̄ in eis impedit̄ magis ratio ſequi rationbi-
le: quā in alijs hoibus: cū ſit aliqual'r ligata. Et tn̄ nō eſt ita
ligata quin poſſit nūciare factā eſſe iniuriā: q: ad hoc q̄tū-
cūq3 parua apprehenſio rōnis ſufficit. Et tn̄ eſt ligata aliq̄li
ter: ⁊ non ſufficit iudicare q̄uō vindicandū ſit. Et ſic ira non
pōt audire rōnē tunc ad obediendū: iō ſeq̄tur hō magis irā:
q̄ſi non ſit aliq̄d q̄d eā frenare poſſit. ¶ Si aūt ratio ſit oīo
ligata: non ſolū non poterit iudicare qual'r vindicandu3 eſt:

aut qn̄: ⁊ vbi: ⁊ q̄tū: ſed ēt non apphendet an iniura vel cō
tēptū factū ſit: ⁊ q: ira non fit ſine apprehenſione rōnis de-
nunciantis hoc: non poterit hō qui ebrius ē omnino iraſci.
¶ Ad 4m dōm q̄ ira l3 ſit cū ratione: eſt tamē quidā motus D
factus in parte iraſcibili. Iſta āt non eſt niſi in aīalibus que ad 4. ar.
hn̄t ptem rōnalē: ⁊ partē ſenſitiuā. De⁹ aūt ⁊ angeli ſunt in
tellectus puri nō hn̄tes ptē ſenſitiuā: iō non eſt in eis ira: l3
ſit multū de rōne vel intellectu. ¶ Ad q̄ntū dōs q̄d ſi ira eēt E
cū rōne tanq̄ pcipiēte. ſ. obediendo ſibi in oīb⁹ que pcipiet: ſi Ad 5m
cut voluntas nāliter ſeq̄t itellectū iudicantē: eēt verꝝ q̄ ho- argu.
mines hn̄tes plus de vſu rōnis hērent plus de ira. Ira tamē
rationē non audit pfecte: ſed audit vt denunciātē iniuriā eē
factā: poſtea autē non audit: ſed perturbat eam ita vt nō be-
ne iudicet: ſic dicit catho. Ira impedit aiu3 ne poſſit cernere
verꝝ. Ideo non eſt plus de ira in hoib⁹ hn̄tibus plus de vſu
rationis: imo q̄to plus hn̄t de vſu rationis: tāto minus dē ira
habent: q: vbi rationis vſus eſt pturbatus non pt̄ eſſe ma-
gnus: ḡ vbi fuerit multū de ratiōe: erit paucū vel nihil dē ira:
⁊ de alijs paſſionibus: q: totū hoie3 ſibi vendicabit ratio: ita
q̄ nullus motus in eo ſit: niſi per rationē: ⁊ in tali hoie vo-
cabunt̄ omnia ratiōalia. i. non erit aliquid factū in hoie per
aliq̄d principiū q̄ per rationē. ¶ Sic dīc Ari. li. de bona for
tuna: q̄d vbi eſt multus intellectus eſt pauca fortuna: ⁊ vbi F
eſt multa fortuna eſt pauc⁹ itellectus. ſ. vbi eſt intellect⁹ mul-
tus. i. hō oīa dirigit per itellectū nō poterit ei q̄ſi accidere ve
riſimil'r aliq̄d q̄d nō ſit p̄cogitatū. Ideo quicquid euenerit ſi
ue bonū: ſiue malū nō vocatur fortuna: q: p̄cogitatū ē. For-
tuna autē eſt de hijs que cogitata non ſunt ſic caſus. Et ita
ɔ̄trio: hoī tunc eſt multa fortuna: qn̄ oīa q̄ſi fortuito ſibi eue
niunt. Et iſtud eſt ſi nihil ab eo p̄cogitatū eſt: q: tunc q̄cq̄d
acciderit: fortuitū erit. Et ita beſtijs oīa ſūt fortuita. Ita circa
paſſiōes eſt: q: vbi eſt magnus vſus rōnis rarus vel nullus
actus paſſionis eſt: ſed oīa per rōnem moderata. De hijs ſan
ctus Tho. p̄ma ſcd̄e. q. xlvj. arti. iiij. s. Tho.
¶ An ſit naturalior ira hoī q̄ concupia. Q̄ō. CXXVI.

# Queritur

circa irā: an ſit nālio hoī ira q̄ ɔcupia.
¶ Dicunt q̄dā q̄ cōcupia ſit nālior: q: Opinio
pprium hoīs eſt q̄ dicat̄ aīal māſuetū: ſed ira opponit̄ man q̄rundā.
ſuetudini: vt p3. iiij. ethi. ⁊. ij. rhetho. ḡ ira non eſt nālior quā3 p⁹ rō
concupia: ſed potius videbit̄ total'r ɔ̄ nām. ¶ Itē rō di 2. rō.
ſtinguit̄ ɔtra nām: q: dicimus q̄da3 agere fm̄ rōnem: ⁊ alia
agere fm̄ nām. Sed ira eſt cū ratione ⁊ ɔcupia nō: vt patet
vij. ethi. ⁊ dictū eſt p̄cedenti. q. ḡ cōcupia eſt nālior q̄ ira: ⁊
ipſa ira non vocabit̄ pprie naturalis. ¶ Itē ira eſt appetit⁹
vindicte: concupia aūt eſt appetitus delectabiliū fm̄ tactum 3ᵃ rō
⁊ guſtū. ſ. venereorꝝ ⁊ ciborꝝ ⁊ potuum. Hec aūt ſunt magis
nālia hoī q̄ ira: q: faciūt magis ad ɔſeruationē eius. ḡ con-
cupia erit nālior q̄ ira. ¶ Dōm q̄ ira naturalior eſt q̄ con- rn̄de. ad
cupia. Naturale tn̄ dicitur q̄d cātur a principijs nāe. vt dicit̄ queſitū
ij. phiſi. ideo illa paſſio que magis cauſat̄ a p̄ncipijs nāe erit q̄onis.
naturalior. ¶ Sunt aūt duo p̄n⁹. cuiuſlibet paſſionis. ſ. obꝫ A
⁊ ſbm. Obiectū eſt id ad q̄d paſſio mouet. q: omnis paſſio ē An ſit
quidā motus factus ad aliquid fugiēdū vel pſeq̄ndū vl' hu ira natu
iuſmodi. ſubm autē paſſionis eſt potētia aliq̄. Na3 fundātur raliō q̄
omnes paſſiones in potētijs duabus. ſ. concupiſcibili ⁊ ira- ɔcupia.
ſcibili. ¶ Si āt conſiderent̄ concupia. ⁊ ira ex pte obti. erit B
nālior concupia q̄ ira. q: cōcupia eſt circa dlectabilia guſt⁹
⁊ tactus. ſ. cibos ⁊ pot⁹. ⁊ venerea. Et iſta ſunt maxie neceſ
ſaria. cū cibus ⁊ potus ſit iſtud per q̄d indiuiduū conſerua-
tur. Uenerea autē ſunt ſolus ipſe modus quo conſeruatur
ſpēs. Et q: ſeruari ſpēm ⁊ indiuidua eſt maxie neceſſariu3
erit maxie naturale. Ira aūt eſt circa vindictā vt obiectu3. ⁊
circa eū de quo vindicta appetitur. Nullu3 autē iſtorꝝ eſt ita C
naturale. ſicut ea que in cibo ⁊ potu ſunt. ¶ Si autē conſi-
deretur ira ⁊ ɔcupiſcētia ex parte ſubiecti. ira eſt naturalior
quā cōcupiſcentia. Poteſt eni3 conſiderari natura alicuius
ex parte generis. ſc3 inquātū animal eſt. vel fm̄ natura3 ſpe
ciei. ſc3 inquātū eſt homō. vl' quātu3 ad cōplexione3 p̄pria D
indiuidui que aliquo mō vocat̄ natura indiuidui. ¶ Si cō-
ſiderent̄ natura generis que eſt eſſe animal. erit naturalior cō
cupiſcētia quā ira. q: ex ipſa natura cōmūi animalitatis ha-
bet homo quādā inclinationē ad conſeruandū ⁊ appetēdu3
ea que ſunt ɔſeruatiua vite. huiuſmodi ſunt cib⁹ ⁊ pot⁹ ⁊ ve
nerea. Ideo tunc non ſolum ex pte obti. ſcilicet cibi ⁊ potus.
⁊ venereorꝝ: que ſunt fm̄ ſe magis nālia: dicet̄ ɔcupia natu
ralior: ſ3

raliox:ſed,ēt,ex pte appetentiſ.ſ.qꝫ magis inclinatur hō incꝫ
tuȝ aial ad cibū ꝛ potū q̄ȝ ad vindictā: ꝛ tñ appetens eſt ſƀȝ
ipſius paſſiōis. ¶ Si āt ꝯſidereť nā hois ꝼm ſpēm vł ꝼȝ cō-
E pleriōnē idiuidui,ppꝛiā:erit ira magl nālis q̄ȝ ꝯcupia: qꝫ nā
hois eſt eſſe rōnale:ira tñ ſeqť magis rōnē q̄ȝ cōcupia:qꝫ ali
quo mō,eſt ira cū rōne:ꝯcupia autē nullo mō erit ĝ ira natu
ralioꝛ.Etiā act⁹ire eſt magis nālis hoi ꝼm ꝙ hō eſt quā act⁹
concupie.Uñ dī.iiij.ethi.ꝙ humani⁹eſt magis punire quod
ad irā pertinet q̄ȝ manſuetū eſſe:qꝫ vnuȝ quodqꝫ nāl'r inſur
git ꝯ ꝯꝛia,ꝛ nociua. ¶ Si autē ꝯſidereť nā indiuidui ꝼm ,p
F pꝛiam cōplexionē ēt erit ira nālioꝛ q̄ȝ cōcupia.ſ.qꝫ habitudo
naturalis ad reſiſtendū facit magis ,pmpte in q̄libet hoie ſe
qui irā:quā hitudo ad ꝯcupiſcendū faciat ſequi ꝯcupiam.ſ.
Si aliqs hō eſt multū diſpoſitus ad irā: ꝛ aliqſ multū diſpo
ſitus ad cōcupiſcentiā:facilius mouebiť ad irā qui ad eā diſ
poſitus eſt:q̄ȝ moueať ad concupiam qui ad illā eſt diſpoſi-
tus:ēt extñte diſpōne eq̄li. ¶ Rō eſt:qꝫ hō diſpōitur ad iraȝ
ꝼm ꝙ hȝ colericaȝ cōplexionē.Colera āt inter ceteros hūo-
res facilius moueť:qꝫ magis aſſimilať igni:iō qui diſpoſit⁹ē
ꝼm cōplexionē nālem ad irā facilius iraſciť:quā qui diſpoſi-
tus nāl'r eſt ad concupiam cōcupiſcat. ¶ Uñ lȝ hō ad vtrū-
G q̄ȝ ſit diſpoſit⁹:qꝫ vtrūqꝫ nāe ſue cōpetit:erit tñ nālioꝛ ſibi ira Quo mō ira ō riueť a: parentib⁹ i filios.
inquātuȝ ceteris paribus ad eaȝ facilius mouetur. ¶ Et ſic
Ariſt.vij.ethi.dicit irā eſſe nāliorē quā cōcupia.Et pp hoc fa
cilius dari veniā ire quā ꝯcupie.ſ.adhuc nālibus magis ve
niam ſequi appetentibus:ira autē nāl'. ¶ Oſtendit ēt ibi qō
ppter hoc ira magis deriuať a parentib⁹in filios q̄ȝ cōcupi-
ſcentia.Et tñ ea que p generatiōeȝ deriuanť nālia ſunt.Naȝ
percutiens pīeȝ ſuū ex ira:q̄ſitus q̄re euȝ percuteret:dixit ꝛ
n.iſte euȝ qui fuit ipſius: ꝛ ille eū qui fuit ipſius: ꝛ puerum
oñdens dixit: ꝛ iſte me cū vir fiat pcutiet.Cōnatuȝ.n.nob ē.
Et tractus a filio q̄eſcere iuſſit apud hoſtia. ꝛ.n.ipſe trahere
pīem vſqꝫ huc.Et ſic deriuabať ira a parentib⁹in filioſ: ꝛ ſic
vnus filius pcutiebat pīem:ita ipſe cuȝ pī fieret pcutiebať a
filio ſuo: ꝛ ille ab alio.Et ſic cū q̄rereť q̄re hoc faceret qui p-
cutiebat dixit:ꝯnatū eſt nobis.i.nāle eſt oīb⁹de iſta ,pgenie p
cutere pīes ſuos: ꝛ iō putauit ꝙ ēt oēs poſteri hoc facerent.
Unde cū pcuteret pīeȝ oſtendit filiū paruulū ſuum: dicens
iſte percutiet me qñ fuerit factus vir.Et ēt iſti qui hoc patie-
banť putabant ƀ eſſe quodāmō iuſtū inq̄ȝtū nāle erat. iō cū
pī pcuteretur a filio ꝛ trahereť per terrā:vt de domo educe-
H retur cū pduceret ad hoſtia:pī dixit filio volenti euȝ educe-
re de domo.Jam ceſſa:qꝫ ego qñ pīeȝ meū pcutiebā ſolit⁹erā
percutere ꝛ trahere eū vſqꝫ ad hoſtia. ¶ Concupia autē nō
ꝯſueuit deriuari a parentibus in filios per tātā ſimilitudinē
iō ira nālioꝛ eſt.Maxie.n.qꝫ cōcupia non ſolū ſequiť diſpo-
ſitionē nāleȝ ad ꝯcupiſcēdū:ſȝ ſepe ſeqť foꝛmā appꝛehenſaȝ.
Uñ ꝯtingit eos interdū qui nō ſunt diſpoſiti multū ad cōcu
piſcendū intenſius aliq̄d cōcupiſcere q̄ȝ eos q diſpoſiti ſunt
ad cōcupiſcendū.Et hoc qꝫ cōcupia iſtoꝝ nō ſeq̄tur diſpoſi-
tionē nāe:ſed aliquā certā foꝛmā appꝛehenſaȝ ad quā mouē
tur intenſiſſime: ꝛ non moucrenť ad alias foꝛmas:qꝫ ,ppꝛie
ſit in quibuſdā amantibus.Et talis concupia eſt periculoſa
qꝫ pñt incidere hoies in maniā vel amētiā: ꝛ vocať cōcupia
illa vel paſſio apō medicos amicos amoꝛ heroos. Jra auteȝ
in hoie maxie ſequitur cōplexionē.Nā ceteris paribus ma-
I gis iraſcunť multū colerici q̄ȝ flegmatici.iō nālioꝛ eſt ira cō-
ad p.ar. cupiſcentia. ¶ Ad pmū dōm ꝙ hoi eſt aliq̄l'r nāle eſſe man-
ſuetū: ꝛ aliqual'r nāle vindictā petere. ¶ Pꝛo quo ſciendu ȝ
ꝙ in hoie cōſiderari pōt nālis cōplexio ex pte coꝛpoꝛis: ꝛ pt
Et ſi in via.i.quãdiu viuimus ɔcordamur deo:nõ mittemur in carcerẽ poſt mortẽ:alioqn erit pena eterna. ¶ Iſtã expõnem aliq̃lr ſequit Aug.li.de ſermo.do.in mõ.dicens. Fortaſſis.n.iubemur deo ɔſentire a quo peccãdo receſſimus:vt aduerſarius nr̃ dici poſſit dũ nobis reſiſtit. Deus.n.ſupbis reſiſtit. Et hoc mõ deus aduerſarius nr̃ eſt: ⁊ iudex eſt xp̃s hõ. Nã ei traditũ eſt omne iudiciũ Ioã.v. Pr̃ nõ iudicat quẽq̃: ſed oẽ iudiciũ dedit filio,vt oẽs honorificent filiũ. Et ſic quaſi deitas accuſat nos corã homine xp̃o de trãſgreſſione ſuorum p̃ceptorꝝ ⁊ a xp̃o tradimur miniſtro:q: ab ipſo ɔdẽnabuntur mali.vt eant in ignẽ cũ diabolo ⁊ angelis ei⁹.ĩ.xxv. Et hoc dicit Aug.eo.li.ſ. Quiſq̃s ergo in hac vita nõ fuerit recõciliatus deo per mortẽ:filio eius tradet iudici cui pr̃ dedit iudicium facere. ¶ Iſta expõ aliq̃lr põt ſtare: ſed nõ oĩo cõuenit. Unde Hiero.nõ ſuſcipit eã dicens. Aut quõ ſpirit⁹ ſanctus habitans in nobis carnẽ ⁊ aĩam repugnantes dicetur iudici tradere cũ ipſe ſit iudex. ¶ Dato tñ q̃ dicamus iudicium eſſe datũ xp̃o hoĩ:deus tñ nõ vocabit accuſator nec aduerſarius:q: ipſe neminẽ accuſat:lꝫ ſit ipſe iudex ⁊ teſtis Iere.xxxix. Ego ſum iudex ⁊ teſtis dicit dñs. Accuſatorẽ autem eſſe deo nõ cõpetit:q: dicit quẽdã ſtatũ imperfectũ ⁊ deſideriũ ad penã alterius quã per ſeipſum inferre non põt:ſꝫ per alterꝝ inferri petit.qd̃ deo nõ cõpetit. Si g̃ xp̃o ſm q̃ hõ non cõpetit accuſare hoĩes ſic ipſe dixit Ioã.v. Nolite putare:q: ego accuſaturus ſim vos apud patrem:eſt qui accuſat vos Moyſes in quo vos ſpatis:a fortiori nõ ɔueniet deo ſꝫ nãm diuinã accuſare hoĩes. Et ſic non intelliget de hoc. Unde nec Aug.manet totalr̃ in hac expõne. ¶ Octaua expoſitio eſt q̃ itelligat de precepto diuino qd̃ vocat aduerſari⁹ noſter qui aduerſat iniquitatib⁹ nr̃is ⁊ cõpeſcit illas. ⁊ praua deſideria nr̃a que aduerſant legi.ad ro.vĩĩ. Hinc aduerſario dꝫ hõ in via ɔſentire.i.opari iuxta oĩa que diſponunt in diuinis preceptis. ⁊ ſic ɔſentiemus ei in via.i.dum viuim⁹. Si aũt viuentes ei non ɔſentimus qd̃ eſt cito conſentire:p⁹ mortem non poterimus ei ɔſentire:q: iã non erit tp̃s operãdi ſꝫ legem:ſed iudicãdi hoĩes ex lege. Id̃ dr̃:ne forte tradat te iudici aduerſarius.i.p̃ceptuꝫ ipſum quod tranſgreſſi ſumus h̃ accuſabit nos apud deũ:q: nihil eſt vnde teneamur rei niſi ex lege nobis impoſita quã non ſeruauimus. Et hoc ɔſonat v̇bis xp̃i Ioã.v. Nolite putare q̃ ego accuſaturus ſum vos apud patrẽ:eſt qui accuſet vos Moyſes. Videt autẽ Moyſes accuſaturus Iudeos:q: de tranſgreſſione legis accuſabũtur:que lex per Moyſen data eſt. ⁊ tũc iudex tradet vos miniſtro:q: qui fuerit poſt mortẽ inuentus reus de trãſgreſſione legis tradetur diabolis a deo vt puniatur eternaliter. ¶ Iſtã expoſitionẽ poſt oẽs tenet Aug.li.de ſermo.do. ⁊ in hac manet dicens. Quõ aũt poteſt recte dici eẽ homo in via cũ deo:niſi q: deus vbiq̃ eſt. Aut ſi nõ placet dici impios eẽ cũ deo qui vbiq̃ preſto eſt:ſicut non dicimus cecos eſſe cuꝫ luce que eos circũfundit. Unũ reliquũ eſt:vt hic aduerſariũ p̃ceptum dei intelligamus:qd̃ aduerſatur peccare volẽtibus ⁊ datum eſt nobis ad hanc vitã vt ſit nobiſcũ in via:cui opꝫ nos cito ɔſentire legendo preaudiẽdo:deferẽdo ei culmẽ auctoritatis:vt qd̃ aliquis intelligit non oderit ꝓꝑ h̃ q̃ aduerſatur peccatis ſuis:ſed magis diligat ꝓꝑ correctionẽ. Quod v̇o obſcurũ eſt oret vt intelligat. ¶ Nona expõ eſt:que ẽ cõmunior ⁊ ɔcordat magis lr̃e.qd̃ intelligat de aduerſario.i.d̃ illo quẽ offendimus ⁊ a quo debemus recõciliationẽ peter. ¶ Huic.n.magis applicant oẽs partes lr̃e ⁊ etiã cõuenit p̃cedentibus. Q:.ſ̃.dicebat de ira:deinde dicebatur de reconciliatione quã hõ facere debet cum ꝓximo quẽ offendit per irã vel alias. ⁊ q: ſi aliq̃s vellet recõciliari ꝓximo ⁊ nollet ſatiſfacere ei non fieret recõciliatio:opꝫ q̃ ſatiſfaciat. ⁊ iſta ſatiſfactio eſſe debet ſm voluntatẽ aduerſarĳ leſi.i.ſm q̃ põt velle iuſte. ⁊ quãtũ ad hoc debemus ei cõſentire. Si ãt non cõſenſerimus dum viuimus dãnabimur:q: poſt mortẽ non eſt locus reconciliationis. ¶ Iſtũ ſenſum poſt omnes tꝫ Hieronẏ.ſuper Mat.dicẽs. Ex p̃cedentibus manifeſtus eſt ſenſus q̃ dñs nos ad ɔcordiã ꝓximi hortat. Nam ſupradictũ ẽ vade recõciliare fr̃i tuo. Et hic modo applicat lr̃a.ſ. ⌊Eſto conſentiens aduerſario tuo⌋.i.illi quẽ offendiſti. ⁊ põt intelligi vno modo q̃ loquat illis qui nollunt reconciliari eis quos offenderunt. Supra.n.iuſſerat q̃ reconciliaremur fratrib⁹. ⁊ q: aliq̃s forte hoc contẽneret:ponitur quedam iductio ad iſtud.ſ.q: ſi homo nolluerit hic reconciliari:in futuro ſeculo dãnabitur. Et iſte eſt ɔueniens ſenſus. ⁊ eſt iſtud dictũ q̃ſi quedã ꝑticula precedẽtis:q: ibi ponebat mandatũ ⁊ h̃ ponitur pena nõ facientis. ¶ Alr̃ põt intelligi q̃ loquat de ſatiſfactione.ſ. Aliq̃s iuit ad petẽdũ recõciliationẽ ⁊ leſus petit ſatiſfactionẽ offenſe. Forte iſte non vult p̃ſtare: ſed credit ſatis eſſe q̃ reconciliationẽ petat. Xp̃s autẽ dicit q̃ petẽs reconciliationẽ debet conſentire aduerſario ſatiſfactionẽ petẽti:q: al's in futuro cõdẽnabitur. ¶ Aliter põt intelligi.ſ.qd̃ xp̃s loquatur de offenſo.ſ.q̃ ꝓꝑ legẽ precedentẽ offendens petiuit recõciliationẽ ab eo quẽ leſerat.ille aũt forte nõ vult veniã dare. Tunc offendẽs non tenet amplius:ſed offenſus peccat⁹q: noluit ei recõciliari. Et cõtra iſtũ loquit xp̃s dicẽs. ⌊Eſto cõſentiens aduerſario tuo⌋.i. aduerſarius tuus qui te leſit,petit a te veniã eſto ɔſentiens illi.i.da veniã ſicut ille petit:q: al's cõdẽnaberis. Sic dicit Chriſo.ſuper Mat. Tradet te xp̃s conuincens te reũ ſi prius rogauerit:qui enĩꝫ prius rogat inimicũ reũ facit eum ante dñꝫ.ſ.ſi noluerit ei recõciliari. ⌊Cito dum es in via.⌋ Iſti tres ſenſus precedẽtes ſũt cõuenientes ⁊ per eundẽ modũ applicat lr̃a omnib⁹. Id̃ poſtea niſi replicantur: ⁊ dr̃ ⌊dum es in via⌋.i.dũ viuis:q: dũ manemus in corꝑe nunq̃ peruenimus ad terminũ ſiue ſtatum beatitudis aut miſerie:ſed quottidie variare poſſumus in bonũ ⁊ in malũ. Id̃ hic eſt locus lugendi pctã:qm̃ in futuro nõ erit locus ɔuerſionis:ſed punitionis ⁊ iudicĳ. Id̃ duꝫ hõ eſt in via non traditur iudici:ſed recõciliari põt:poſt viaꝫ auteꝫ non eſt locus reconciliationis:ſed tradet reus iudici. ¶ Et dr̃ cito:q: rei poſt mortẽ conuerti vellent ſi locus eẽt: ⁊ tamẽ iã locus non erit:ſed pnĩa eorꝫ infructuoſa erit. Sapiẽtie.v. Videntes impĳ turbabunt ⁊ dicent intra ſe pnĩam agentes. Hĳ ſunt q̊s aliqñ habuimus in deriſum. Cũ autem hõ viuit ⁊ in quacunq̃ ꝑte vite vſq̃ ad vltimũ vite momentum:ſꝑ cito eſt:q: ɔuerſionis locus ſꝑ ẽ. ¶ Qd̃ ſignificauit paterfami.ɔducens operarios in vineã ſuã.ĩ.xx. Nã oĩ hora diei operarios cõduxit vſq̃ in finẽ diei.ſ.horã vndecimam: ⁊ iam non reſtabat de die niſi hora vna. ⁊ forte iſta vndecima erat vltima hora ſm modũ cõputandi q̊rũdã qui computant horã vndecimã poſtq̃ pulſata eſt vndecima. Et ſatis apparet:q: eodẽ.c.dr̃ q̃ iſti nouiſſimi hora vna fecerũt.ſ. hora duodecima. ¶ Ita g̃ in vita eſt vſq̃ ad finẽ vite ſꝑ eſt cito. Unde abſolute noĩauit hic viã:nõ excludens aliquã ꝑteꝫ vie. In q̊ innuit q̃ oĩ tꝑe eſt locus cõuerſiõis niſi poſtq̃ q̃s eſt corã iudice:q: tunc aduerſarius tradit reũ iudici. Sic expõit Chri. ſuꝑ Mat.dicens:feſtinat dñs vt ad amicitiã feſtinemus inimicorꝫ nr̃orꝫ quãdiu viuimus in hac vita:ſciens q̃ pericl'oſum eſt ſi vnus de inimicis pace non facta mortuus fuerit. ¶ Alr̃ poteſt intelligi q̃ via ⁊ cito ſint due ɔditiones recõciliationis.ſ.q̃ in via facienda eſt:q: poſt vitam fieri nõ põt. Etiã cito facienda:q: non eſt diu expectandũ:ſed mox vt homo potuerit reconciliet fr̃i ſuo. ⁊ hoc ſatis innuit xp̃s. ſ̃. i lr̃a dicens min⁹ relinquẽdũ eſſe apud altare ⁊ eũdũ ad reconciliationẽ petendã. ¶ Hoc mõ expõit Hylarius dicens q̃ nullum tp̃s vacuũ affectu placibilitatis dñs eſſe ꝑmittit:cito in vite nr̃e via nos aduerſario nr̃o reconciliari p̃cipit. Rõ hui⁹ eſt:q: quãdiu q̃s nõ hꝫ affectũ recõciliatiõis manet in odio fr̃no ⁊ totũ iſtud tp̃s perit:q: hõ eſt in pctõ mortali. Id̃ cito recõciliatio petẽda eſt vel deſiderãda:ne ĩfructuoſe nob̃ tempora effluãt. ⌊Cũ eo⌋.i.dũ ambo aduerſarĳ viuitis reconciliatio faciẽda eſt:q: poſt mõtẽ alterius recõciliatio ab illo peti non põt. Nõ tñ eſt putandũ q̃ mortuo illo a quo petenda eſt venia nõ poſſit q̃s recõciliationẽ hr̃e:q: lꝫ non poſſit eaꝫ hẽre a ꝓximo:hẽbit eã a deo. Magis tñ puniet ſi ex negligẽtia vel iniq̃tate omiſit veniã petere ab aduerſario viuente. ſꝫ q: nullũ peccatũ eſt qd̃ remitti nõ poſſit:ẽt iſta negligẽtia vl' iniq̃tas per pnĩam purgat. ¶ Augu.aũt nollebat iſtã expõneꝫ tenere ꝓꝑ iſtã particulã. Un̄ dicit in li.de ſermo.do.i mõ. Non video quõ accipiã ab hoĩe nos iudici tradi vbi xp̃ꝫ iudicẽ intelligo. Et ẽt ſi occidẽdo q̃s nocuerit hoĩ nõ erit iam tp̃s quo ɔcordet cũ eo in via.i.in hac vita:nec tñ id̃ nõ ſanabit penitẽdo:q̃ſi dicat imo ſanabit. ¶ Dõm q̃ iſta expõ ẽ cõueniens ꝓꝑ cãs.ſ̃.dcãs: ⁊ a Hiero.iſta ſola tenet. Nicolaus ẽt iſtã ſolã ponit: ⁊ cõiter oẽs ſequunt eam. Qd̃ aũt dic̃ Augu.poſſe ſaluari eũ q nõ recõciliat fr̃i hic:verꝫ eſt: ⁊ tñ tenet recõciliari ei viuẽti ſi p̃t: ⁊ ſi nõ p̃t:ſuffic̃ deo recõciliari. Sic̃ in eo qui alterꝫ occidit ſic ipſe dicit. Nã non p̃t recõciliari ei: ſꝫ ẽt qñ potuit ⁊ noluit ei recõciliari p̃t poſtea ꝑ pnĩaꝫ ſanari

ff vt dictū eſt.⌊ Ne forte tradat te aduerſarius iudici. ⌋ Iudex
AA erit xp̄s cui pr̄ dedit oē iudiciū facē. Joā. v. Sic dic̄ Aug. vbi
s̄. iudicē itelligo xp̄m. Pr̄. n. oē iudiciū dedit filio. Aduerſa-
rius eſt ille quē leſim⁹. Qui dr̄ tradere nos iudici: q꞉ pp̄ pec
catū qđ in eū cōmiſimus de quo noluim⁹ recōciliari ſibi: tra
demur iudici. Sꝫ pp̄ h̄ ēt Aug. nō recipiebat iſtā expōnē di-
cens. Nō āt video quō accipiā ab hoie nos iudici tradi vbi
xp̄m iudicē itelligo: añ cui⁹ tribunal oēs exhiberi oꝫ. Quō ḡ
BB iudici traditus eſt q añ iudicē exhibeť ꝑiter? ⸿ Dōm aūt ꝙ
nō exhibebit vn⁹ hō aliū: tāq̄ꝫ ipſe accuſet eū: ſed diceť exhi-
bere vel accuſare: q꞉ pctā cuiuſcūqꝫ que cōmiſit in aduerſa-
riū ſuū eū accuſabūt. Sic accipiť Jo. v. Nolite putare ꝙ ego
accuſaturus ſuꝫ vos apud prēꝫ. Eſt q accuſet vos Moyſes.
Nō eſt ſenſus ꝙ moyſes potiuſq̄ꝫ ali⁹ debēt accuſare iudeos
ſed pctā que ipſi cōmiſerūt ꝯ legem moyſi accuſabunt eos.
⸿ Sic expōit hyla. ſup Mat. dicēs. Aduerſari⁹ tradit nos
iudici: q꞉ manēs in eū ſimultatis nr̄e ira nos arguit. i. Jra q̄ꝫ
hūimus ꝯ eū que adhuc manet accuſabit nos. Et eſt ſenſuſ.
Aduerſari⁹ tradat te iudici. i. accuſet te apud iudicē mō p̄di-
cto. Uel tradat te. i. pp̄ eū tradaris. ſ. pp̄ pctā in eum cōmiſſa.
⸿ Alr̄. n. vnus hō nō pōt tradē aliū deo: q꞉ nō hꝫ vn⁹ ꝑtātē
ſup aliū poſt hāc vitā: ſꝫ oēs ſunt imediate ſubiecti deo: ⁊ ita
veꝝ eſt v̓bū Aug. ſ. quō iudici traditur⁹ eſt q añ iudicē ꝑiter
exhibeť. Quaſi. d. Nō poterit vnus hō exhibē alteꝝ deo: ſꝫ
oēs ibi exhibebunť. ſ. per angelos qui ꝯgregabūt oēs hoies
ĩ. xiij. vbi dr̄ ꝙ meſſis eſt ꝯſumatio ſecl̓i ⁊ meſſores ſt̄ angeli
qui colligēt triticū in horreū. i. ponēt bonoſ corā deo i regno
celoꝝ p̄ntātes eos iudici: vt ab eo laudē accipiāt ⁊ nō ſniaꝫ.
Et dr̄ forte: ⁊ nō poniť per modū dubitādi: ſic̄ aliqñ in ſacra
ſcriptura forte poniť: ⁊ nullā dubitationē iducit. ſic̄ gen̄. iij.
ne forte moriamur. Et tñ nl̓li dubiū erat: qđ certiſſime more
retur hō ſi comederet de ligno vetito: ⁊ ita hic nō iportat du
bitationē: ⁊ meli⁹. ĩ. vij. nec mittatis margaritas v̄ras añ por
cos ne forte ꝯculcent eas pedib⁹ ſuis. Et tñ nulli dubiū erat
qn ꝯculcaturi eēnt illas pedibus. ⁊ ita forte nō dicit hic du-
CC ff bitationē aliquā: q꞉ certiſſime tradeť iudici qui nō fuerit ad-
uerſario recōciliatus. ⌊ ⁊ iudex tradat te miſtro. ⌋ Snia la-
ta ꝯ reū tradeť executioni: ⁊ ad h̄ tradeť re⁹ miſtro. i. executo
ri: vt puniat eū. Aug. dicit ꝙ iſte miſter eſt angelus: q꞉ ange
li miſtrabāt xp̄o p̄ce. c. Acceſſerunt angeli ⁊ miſtrabāt ei. Et
dicit hoc eē: q꞉ credim⁹ xp̄ꝫ vētuꝝ cū angelis ſuis ad iudicā
duꝫ. ⁊ h̄ veꝝ eſt: q꞉. ĩ. xvi. dr̄ filius hois vētur⁹ eſt in gl̓ia prīſ
ſui cū angelis ſuis: ⁊ tūc reddet vnicuiqꝫ ſꝫ opa ei⁹. Tp̄s tñ
iudicij erit ſm ꝙ vnicuiqꝫ reddeť ꝓ opib⁹ ſuis. Meli⁹ tñ itel-
DD ligi p̄t ꝙ miſter ſit diabolus: q꞉ mali traduntť puniēdi. Et tñ
nō puniunť per angelos bonos: ſed ꝑ malos: ⁊ cū eis mittū
tur. ĩ. xxv. Jte maledicti ⁊c̄. cū diabolo ⁊ angelis ei⁹. ⸿ Jſti
ſt̄ miſtri dei ad iferēdū malū: ſiue miſtri ad irā: ſic̄ dr̄ ad rom.
xiij. de iudice. Dei. n. miſter ē vindex in irā ei qui malū agit.
Jta ⁊ diaboli ſt̄ miſtri dei in irā: q꞉ ꝑ illoſ mittit de⁹ irā ſuā ſu
ꝑ pctōres. pſal. lxxvij. Miſit in eos irā idignatōiſ ſue imiſſio
nes ꝑ angelos malos. ⸿ Et ſic expōit Chri. ſup Mat. dicēs
Miſtro. i. angelo penaꝝ crudeli: ⁊ iſte eſt diabolus. Bōi eni
angeli nulli penā iferunt: maxie in inferno: q꞉ ibi pena nō ē
EE ff ad emēdationē: ſꝫ ad ſeueritatē. ⌊ Et in carcerē mittaris ⌋. ſ.
diabolus mittit ꝯdēnatos in carcerē. i. i gehenā: q꞉ ibunt in
ignē eternū cū diabolo ⁊ angelis ei⁹. ĩ. xxv. ⸿ Pōt ēt vt dic̄
Chri. accipi carcer ꝓ tribulatōib⁹ hui⁹ ſeculi i q̄s plerūqꝫ pec
cantes mittunť a deo. Hoc veꝝ eſt: q꞉ ēt ſepe hic ꝓ pctis pu-
nimur. ⁊ tñ nō accipiť ꝯueniēter ꝓ pena tpali: q꞉ hic ſꝑ eſt lo
cus recōciliatōis: ⁊ tñ qñ qs tradeť iudici: nō erit loc⁹ recon
ciliationis. Unde nec ipſe manet in hac ſnia: ſꝫ itelligi dꝫ vt
FF ff s̄. ⌊ Amē dico tibi nō exies inde donec reddas nouiſſimum
quadrātē. ⌋ Dixerat pctōrē mittēdū in carcerē. ⁊ q꞉ forte ali
quis iſtū carcerē ꝯtēneret putās aliqd leue eē: poſuit graui-
tatē ei⁹ dicēs ꝙ hō nō exiret inde. ſ. nūq̄ꝫ exiet: q꞉ i iferno re-
dēptio nulla eſt. Dr̄ āt: donec reddas q̈drātē nouiſſimū. i. do
nec ſoluas vltimū denariū quē debes. Eſt. n. q̈drās monete
gen⁹ valde minute. Sic dicit Hiero. ſup Mat. Quadrās ge
nus nūmi ē qđ hꝫ duo minuta. Hoc eſt ḡ: qđ dic̄ nō egredie-
ris de carcere donec ēt pctā minuta perſoluas.
⸿ Quō intelligať nō exies inde donec reddas nouiſſimuꝫ
quadrātē: cū de inferno nullus exeat. Q̄ō. CLXXV.

Opi. q̄rūdā **Queritur** quō dr̄ hic: nō exies inde donec ⁊c̄. cū
de inferno nulluſ vnq̄ꝫ exeat. ⸿ Qui
dā dicūt ꝙ nō itelligiť de pena ifernali: ſꝫ de pena p̄ntꝭ tpis.
Nā Chri. ſup Mat. dic̄ vl̓ anguſtie h⁹ mūdi appellāť carcer:
in q̄s plerūqꝫ peccātes mittimur a deo. Et ēt h̄ mō dici p̄t ꝙ
iudiciū qđ h̄ agiť eſt iudiciū p̄ntis tpis. ſ. qñ hoies corā iudi-
ce litigāt. Sic dic̄ Chriſ. ſup Mat. ſ. Uel loqť h̄ de iudicib⁹ q
ſt̄ in mūdo iſto: vt nō ſolū a futuris: ſꝫ a p̄ntib⁹ auditorē indu
cat q ſt̄ añ oculos ⁊ magis ꝯſueuerūt mouē: ſic̄ ⁊ Paul⁹ di-
cit. Si male feceris time ꝑtātē. Nō. n. ſine cā gladiuꝫ portat.
⸿ Dōm tñ ꝙ nō ꝯuenit iſta expō huic lr̄e: q꞉ tā iudiciū quā
pena nec̈e ē ꝙ itelligant ad futuꝝ ꝑtinē. Ad Chriſ. āt dōm
ꝙ ipē nō manet in hac poſitiōe: ſꝫ expōit ꝙ añ mortē dꝫ fieri
recōciliatio: ⁊ ꝙ miſter cui tradiť re⁹ eſt angelus crudel̓ pe-
naꝝ: vt pꝫ. s̄. Jſta āt poſuit ſub dubio recitādo itētionē alio-
rū. Jō in vtroqꝫ poſuit vl̓: qđ ſignificat eū nō manere in hoc.
⸿ Alij dicūt ꝙ itelligiť de futuro iudicio ⁊ de pena inferni.
⁊ tñ ponūt ꝙ in illa erit aliqñ remiſſio expletis penis ꝓ oī-
bus pctis. ſ. poſtq̄ꝫ ſoluerint vſqꝫ ad nouiſſimū q̈drātē vt hic
dr̄. Jſta fuit poſitio origenis. ⸿ Dōꝫ ꝙ iſtō h̓ticū ē: q꞉ pena
dānatoꝝ eterna eſt. ĩ. xxv. Jte maledicti i ignē eternū. De cā
h⁹ eternitatis pene: magis ibi diceť. ⸿ Alr̄ ḡ dōꝫ ꝙ iſtō non Rñ⁰ au
pōiť hic ad ſignificādū aliquē terminū q̊ trāſacto dānati exi ctoris.
turi ſint de iferno: ſꝫ ē modus loq̄ndi ad ſignificādū ꝙ nūq̄ꝫ A
ide exibūt. Ut ſi dicať: iſte bibit vſqꝫ ad feces vel donec veni-
ret ad feces: nō ē ſenſus ꝙ poſt feces aliqd bibēdū maneat:
ſed eſt ac ſi diceret: iſte bibit totū. Sic dic̄ Aug. li. ꝺ ſmo. do.
in mō. Uſqꝫ ad nouiſſimū q̈drātē ꝓ eo pōiť ꝙ nihil reliqt im
punitū. Sic̄ cū vellim⁹ exp̄mē aliqd ita exactū ab eo vt nihil
relinq̄reť: dicim⁹ vſqꝫ ad feces. i. fcm̄ ē vſqꝫ ad feces vel totuꝫ
fcm̄ ē. Et ſic ꝑ h̄ p̊ncipal̓r ſignificať ꝙ nihil manebit ipuni-
tū: ⁊ ſignificať ſcđario ꝙ iſta pēa nūq̄ꝫ finieť. Alio mō expo
nit Aug. miſtice qđ dcm̄ ē de q̈drāte: dicēſ ꝙ ſignificanť ꝑ h̄
pctā terrena: q꞉ terra q̈rta ē pars elemētoꝝ ⁊ eſt nouiſſimū
elemētū: ⁊ ſic ſignificanť vltia pctā. Quaſi. d. ꝙ vſqꝫ ad vlti
ma pctā punieť hō ꝓ ſingul̓. ⸿ Alr̄ poſſet dici ꝙ iſta dictio
dōec: nō ſꝑ ſignat aliquē terminū act⁹: ſꝫ aliqñ pōiť cū eo qđ B
nūq̄ꝫ hꝫ fineꝫ: ⁊ null⁹ actus poſtea ſuccedit. Sic̄ dr̄ pſal. Cix.
Sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos ſcabellū pe
dē tuoꝝ. Et tñ nō ē ſenſus ꝙ xp̄s ceſſaret ſedē a dextris dei
poſtq̄ꝫ ponerenť inimici ſui ſub pedib⁹ ei⁹: imo tūc meli⁹ ſede
ret q̄ſi peccatis oib⁹ ⁊ nullo exn̄te q turbet. Sic dic̄ Augu.
vbi. s̄. Jn h̄ ꝙ dr̄ dōec ſoluas: ſignať pena eterna: ſic̄ poſituꝫ
ē: ſede a dextris meis ⁊c̄. Nō. n. cū fuerit inimici ſub pedib⁹
ei⁹ poſiti regnare deſinit. Jta ⁊ h̄ accipi p̄t: nō exies ide dōec
ſoluas. i. nūq̄ꝫ exies. Eodē mō in alijs locis ſcripture: vt. s̄. p̊
ſ. Joſeph ñ cog̈uit Mariā dōec peperit ei filiū ſuū p̊genitū.
Et tñ nō ē ſenſus ꝙ poſtq̄ꝫ peperit p̊genitū cognita fuerit a
Joſeph. Nā nūq̄ꝫ fuit cognita. ⸿ Alr̄ p̄t dici ꝙ accipiať ꝓ- C
p̄rie dōec. ſ. ñ exies ide dōec ſoluas nouiſſimū q̈drātē. i. poſt-
q̄ꝫ ſolueris exibis inde ſi ſolueris. Et tñ nunq̄ꝫ ſolues nouiſ-
ſimū q̈drātē: q꞉ in eo qđ ē ifinitū nūq̄ꝫ ꝑueniť ad finē. Pena
āt iferni ifinita ē in duratōe. Jō nūq̄ꝫ veniť ad finē ei⁹. Jō li-
cet aliqs ſꝑ ſoluat: nūq̄ꝫ ꝑuenit ad vltimū q̈drātē: ſꝫ ſꝑ ſoluē
do ē ⁊ nūq̄ꝫ ꝑuenit ad finē ſolutionis. Sic accipiť. pſal. lxxi.
Orieť in dieb⁹ ei⁹ iuſtitia ⁊ habūdātia pacis dōec auferať lu-
na. i. Durabit pax iſta q̊ iduceť ꝑ meſſiā dōec auferať luna. i.
ꝺſinat eē in celo. ⁊ tñ nūq̄ꝫ ꝺſinet eē ibi: iō pax illa nūq̄ꝫ defi
ciet. Quocūqꝫ āt mō itelligať: ſꝑ iſta pena durat in ifinituꝫ.
⸿ Alr̄ p̄t dici qđ pōiť iſte modus loq̄ndi ad ſignificādā gra D
uitatē ꝯditiōis q̄ꝫ icurrim⁹ ꝑ h̄ ꝙ noluim⁹ hic aduerſarijs re
cōciliari. Q꞉ qui vellet hic recōciliari poſſꝫ leuiter hr̄e remiſ
ſionē pctōꝝ: qui v̊o diſtulerit ad futuꝝ ſeculū hēbit graueꝫ
ꝯditionē ſol̓onis: q꞉ nulla remiſſio ei fiet: ſꝫ cogeť ſoluē, vſqꝫ
ad vltimū q̈drātē. ⸿ Sic expōit Chriſ. ſup Mat. dicēs. Uel
ſi qdē in h̄ ſecl̓o pacē feciſſes ēt grauiſſimi opis poteras hr̄e
idulgētiā. Si āt ſemel ꝯdēnat⁹ fueris ⁊ miſſuſ in carcerē nō
ſolū de grauib⁹ pctis: ſꝫ ēt de v̊o occiſo: qđ p̄t ſignari ꝑ q̈drā-
tē exigenť a te ſupplicia. Et ſic pena iſta eterna erit. Pōiť tñ
h̄ ad ſignādos diuerſos modos: vt dcm̄ eſt. ⸿ Sꝫ nō obſtā- E
tib⁹ p̄cedētib⁹ dici poſſet ꝙ accipiať hic ꝓ iuditio qđ agiť co-
raꝫ iudice in vita hac. Et tūc iſta lr̄a hēbit ſil̓ duos ſenſus lit
terales. Un⁹ erit de p̄nti iudicio ⁊ ali⁹ de futuro. ⁊ nō eſt hoc
icōueniēs. q꞉ ſic multe ꝑtes ſt̄ in ſacra ſcriptura q̊ hn̄t duoſ
ſenſus lr̄ales ſil̓: ⁊ vn⁹ eſt p̊ncipalior: ali⁹ min⁹ p̊ncipalis: vt
latiſſime ꝓbatū fuit Joſue. xi. c. ⸿ Et ita hic erit ſenſus prin
cipalis ille quē lr̄a nō tā exp̄ſſe fac̄. ſ. de recōciliatōe cū ꝓxio

et q3 al's trademur pene infernali.Et iſte eſt quē.s.tenuim⁹:
et quē cōiter oēs expoſitores tenēt.Et ob hoc dicunt q non
pōt accipi de iudicio corā iudice in hac vita.f.q: nō ē iſte ſen
ſus pncipalis quē xps itendit:ſed ille quē poſuim⁹.Q: ma
gis ille curat de futuris q̄ de pñtib⁹.Nā q qs mittat hic in
carcerē:nō eſt apō xpm incōueniēs:q: per hoc nō pdit cha
ritas.Etiā nō eſt incōueniens q qs ſoluat aduerſario vl' cre
ditori vſq3 ad nouiſſimū quadrātē.Immo h ē qd deo pl3 qd
reddamus ſingulis ōbita ſua ſiue deo:ſiue ceſari.ī.xxij.c.Et
ad hoc apl's hortat ad Ro.xiij.c.Nihil cuiq3 ōbeatis:niſi vt
inuicē diligatis.et tñ poſuit hic xps pro incōuenienti vl' dāno
f.Non exies inde donec reddas nouiſſimū q̄drātē.Jō di
f cendū q ſenſus pncipalis eſt ille quē poſſumus de reconci
liatione.et tñ eſt alius ſenſus lr̃alis min⁹ pncipalis:et iſte eſt
de iudicio tpali.et vtrūq3 xps voluit ſignari p lr̃as:l3 nō eq̄li
ter.Et tunc applicabit lr̃a plane.f.Eſto pſentiēs aduerſario
tuo.i.creditori:q: aduerſari⁹ dici pt inquātū aduerſat nobis
petendo a nobis qd nos dare nollemus:vel aduerſabit ma
gis qñ nos iudici tradiderit.et dr̃ eſto cōſentiens aduerſario
tuo.i.debitori in aliq eo:et creditor petit a te debitū:eſto con
ſentiens.i.ſolue qd petit:in quo volūtati ſue pſenties.Cito.
g cito.f.āñq3 ptēdat tecū corā iudice:q: tūc ēt ſi pſentir ei vel
lis:tarde eſt.Nā nō ſufficiet tūc q reddas debitū:ſed et ſol
h ues expēſas et forte mitteris in carcerē et penas lues.Dr̃
dum es in via.f.dū ambo itis ad iudiciu3 anteq3 cōparcatis
corā iudice.Nā qñ aliqui hñt voluntatē litigādi:nō hñt ſta
tim iudicē pñtem.S3 op3 q vadant ad locū vbi ipſe ſolet ſe
dere p tribunali:et loqt ſm cōſuetudinē iudeoz qui de lo
co ad locū ibant ad iudiciū.ſicut ſamuel iudicabat totū iſrael
in tribus locis.p.ro.vij.c.Et ad illa loca ō tota terra iſrael cō
fluebant hoīes ad iudiciū.Addit.Ne forte tradat te ad
i uerſarius iudici.Quaſi.d.Si nō pſenſeris aduerſario dū es
in via:ille tradet te iudici.i.accuſabit te corā iudice petēs de
bitum.et per hoc eris traditus iudici:q: faciet iā ille de te qd
voluerit.Et ſtat tunc pprie nō forte:vt importat dubiū:q: ēt
ſi nō pſentit qs aduerſario in via nō eſt certū q tradet iudi
ci:q: poterit hoc impediri ex miſericordia creditoris qui nol
let q debitor tāta dāna patiat.Uel q: debitor fugiet et nō cō
parebit in iudicio.Uel forte iudex per iniquitatē agens nol
k let exercere ptātē ſup debitorē admittendu3 eū in carcerem.
Dr̃ et iudex tradat te miniſtro.f.executori.Intelligit hoc
q: forte ille erat in fuga:vt nō fugeret.Uel intelligit q cōſti
to de debito cū debitor nōdū ſolueret traditus eſt miſtro ad
h q eū cuſtodiret.Addit.et in carcerē mittaris.f.per mi
niſtrū.Hoc erat ſm pſuetudinē gentis illius.Nā qui ōbitor
erat mittebat in carcerē.Et nō ſolū h:ſed ēt vendebat hō p
debito et vendebant filij ſui:ſic xps dixit.ī.xviij.c.de illo qui
debebat dño ſuo decē milia talēta.Nā iuſſit dñs vendi eu3 et
vxorē et filios.et nō ſolu3 erat hoc in illa gēte ad quā extēde
batur pabola illa:ſed ēt iter iudeos p debitis patris vēdeba
tur filij vel efficiebant ſui.Sic p3.iiij.ro.iiij.c.vbi mulier que
dā de vxoribus pphaz pqueſta eſt heliſeo petens vt miſere
l ret ei:q: creditor veniebat vt tolleret duos filios ſuos ad fa
ciendū eos ſeruos pro debito pr̃is.Seqtur nō exies ide
dōec reddas nouiſſimū q̄drātē.i.poſtq3 miſſus fueris in car
cere3 pro debito iſto nō exibis inde donec ſoluas vſq3 ad no
uiſſimū q̄drātē.Q: q̄drās erat moneta minutiſſima.ē ſenſus
nihil tibi remittet:qd forte factū fuiſſet ſi cōcordaſſes cu3 ad
uerſario in via:q: ille aliqd forte remitteret ne cogeret litiga
re.Cū autē miſſus fueris in carcerē:nihil tibi remittet:ſ3 ſol
ues vſq3 ad nouiſſimū q̄drātē.i.vſq3 ad minimū denarium.
Sic dr̃.ī.xviij.c.vſq3 ad nouiſſimū quad rātē.Et tunc po
nitur pprie donec reddas:q: poſtq3 reddideris.i.ſolueris to
tum debitū et expenſas iudiciales exibis de carcere:cū nō te
nearis p delicto:ſed pro debito pecuniali non dependente ex
aliquo delicto.Et iſto mō accipiēdo erit lr̃a manifeſta et ſine
calūnia:et hēbit duos ſenſus lr̃ales ſic illa lr̃a.Os nō cōmi
m nuetis ex eo.Exo.xij.et Jo.xix.qd late pbauim⁹ Joſue.xi.c.
Alij dicunt q ſolū ſit vnus ſenſus lr̃alis hic:et iō hoc to
tu3 qd ſignatur in cortice lr̃e de iuditio tpali ſit metaphora.
et ſenſus hiſtoricus ſit de recōciliatiōe et pena gehene:ſic.s.
expoſuimus.et tunc aliq ptes huius lr̃e non totalr̃ applica
bunt.Et iſtud nō vr̃ puenire pp duo.Primo q: iux hūc
ſenſum nō applicant cōuenienter oēs ptes lr̃e ſic illa ps ne
forte et q̄da3 alie:vt dc̄m eſt.Scdō q: iſta lr̃a ſm ſe facit
hunc ſenſum:et non illū qui eſt de recōciliatione et euitatōe
penaz gehene.et cū poſſit recipere iſtū ſenſum quē ppl's in
telligeret et nō intelligebat aliū:pueniēti⁹ vr̃ dictū q vter
q3 ſenſus impōret a xpo:l3 non eq̄lr̃.Et nō ſtat q dicat
ſenſus metaphoricus iſte quē vr̃ facere lr̃a in ſupficie:q: qd
ad metaphorā ptinet nullo mō eſt ſenſus lr̃e neq3 itendit ab
eo qui dixit vel ſcripſit id qd ſcriptura ptiet.et tñ id qd habet
lr̃a iſta in cortice eſt tale qd a xpo intendit et ptinet ad dire
ctionē moz nr̃oz vt ſtatim dicet:g nō ptinet ad metaphorā
ſed aliq mō ad ſenſum lr̃alē:l3 nō ſit pncipalis ſenſus litter.
n Aliq dicūt q ſenſus lr̃alis huius lr̃e ſolū eſt ille quē litte
ra facit.f.q xps admoneat nos nō ptēdere iudicialr̃:ſed an
teq3 cōtendamus pcordemur cū aduerſario nr̃o dando ei q
petit vel aliqd eius:aut faciēdo aliquo mō qd ille vult ne op
teat iudicialr̃ litigare.et dicunt q iſte ſolus eſt ſenſus:q: nō
eſt nece poni aliquē aliū:cu3 iſte poſſit eē intent⁹ a xpo et ſatꝫ
ad ppoſitū ei⁹.Et erit iſtud nō quidē ad pfectionē dādaz
q: pſupponit hic q iſte ad quē fit ſermo ſit vere debitor:cu3
dicat:non exies inde donec ſoluas:et tñ ſoluere nō eſt perfe
ctionis:ſed neceitatis et debiti.Sed eſt ad pcurādū pace3
et pſeruandū charitatē ne pereat:q: per litigia turbat inter
dū pax et charitas aufert:cū ipſi litigātes incipiant ſe odiſſe
q: ētria volunt et pſequunt.Xps tñ vtrūq3 directe et princi
paliter intendit ponere inter fideles ſuos.De pace p3 q: di
xit.Pacē meā do vobis:pacē meā relinquo vobis.Joā.xiiij.
c.De charitate p3:q: dixit.Hoc eſt pceptū meū vt diligatꝫ in
uicē ſicut dilexi vos:qſi iſtō ſolū ſit pceptū ei⁹ vel pncipale p
ceptū.Joā.xv.c.Jō ea que faciūt ad pſeruationē pacis et cha
ritatis xps mādaret vl' pſuleret:q̄le erat iſtō de nō ptēdēdo
iudicialr̃:ſed pſentiēdo aduerſario.Jtē h ſatis puenit:q:
xps filia poſtea dixit de euitatione litiū et iudicioz.f.Si qs
vult tecū ptendere ſup tunica vl' auferre a te tunicā da ei:et
paliū.Etiā apl's arguit corin.q: iudicia et lites iter ſe hēbāt.
pma corin.vi.Et ita ſuadet iudicio nō ptēdē ſi comode vita
ri pt.Etiā in h ſenſu vr̃ lr̃a iſta depēdet ex pcedēti.egerat
n.xps.s.de recōciliatiōe cū pxio faciēda q pncipalr̃ fit de of
fenſis qñ aliqd in eū peccauim⁹:addit hic de recōciliatiōe q̄s
tū ad ōbita iquātū dicit:ego pſentiēs aduerſario tuo.i.cōcor
dare ei faciēdo qd ille vult:vl' ſoluēdo qd petit:et ita pcura
bit pax et pſeruabit charitas p talē pcordiā vl' pſenſionē ho
minis cū aduerſario:ſic p reconciliationē factā ſup offenſis.
Sed dōm q nō ſtat pueniēter q iſte ſit ſolus ſenſus lr̃a p
lis:q: xps nihil aliō itēdat in lr̃a iſta:q: iſta fuit pma expō q̄s
ſup poſuim⁹.et tñ vt cōiter nullus doctoz ſcōz neq3 alioꝛū
expoſitoz t3 eā.et poſuim⁹ q̄ttuor rōes ibi pp qs nō ſtet:itel
ligēdo vl' ſubaudiēdo ſi iſte ſolus pōat ſenſus lr̃al':et g con
ueniēter dōs qd ſupdixim⁹.f.q iſta lr̃a hēat duos ſenſus lr̃a q
les a xpo itētos.Un⁹ quē fac lr̃a in cortice:et ali⁹ ē euitatio
ne penaz gehene.et ſcōs eſt pncipal':et ali⁹ min⁹ pncipalis.
Uterq3 tñ fac ad itētionē xpi.et tūc nō militabūt rōnes poſi
te ſup ꝯ pmā expōnē.Q: illō eēt ſi dicerem⁹ ſolū ſenſum xpi
fuiſſe h eū quē fac lr̃a:et tñ nō aſſerimus nunc iſtud.

**Audiſtis:q: dictu3 ē antiqs.Nō mechaberis.**
**Ego aūt dico vobis:q: oīs qui viderit mulierem**
**ad cōcupiſcēdū eam:iā mechat⁹ ē eā in corde ſuo.**

[Audiſtis:q: dc̄m ē.] Xps poſuerat ſup itellectū vni⁹ p ſſ
cepti negatiui in q pñibet nocumētū in pſona ppria:p h qd A
dicebat:nō occides:h pōit itellect⁹ alteri⁹ pcepti negatiui p
hibētis nocumētū in pſona piūcta.i.i vxore.et c.Nō mecha
beris:et iſte itellect⁹ ē ad excludēdū errorē iudeoz circa iſtō.
et agit duo:q: p pōit h⁹ pcepti itellectū:ſcōo infert qdā corre
lariū.ibi.[Si g oculus tu⁹.] Circa p^m dr̃.[Audiſtis q: dc̄m ſſ
eſt antiqs.] f.Judeis illis q fuerūt in exitu de egypto qb⁹ da B
ta eſt lex in dſerto ſynai.Nā illi fuerūt antiq reſpcū tpis xpi.
et ēt ſimplr̃ reſpcū toti⁹ ſtat⁹ ppl'i iudaici:q: iſti fuerūt pmi iu
dei.qs de⁹ accepit i ppl'3 peculiarē:et fecerūt pactū cū eo.exo.
xix.[Nō mechaberis] .i.nō facies adulteriū.ppe.n.mechia. ſſ
adulteriū ē.et ſimplex fornicatio nō vocat mechari.Et tñ p C
vnā ſpēm fornicatiōis expſſam oēs itelligunt:eo q oēs ille
male ſt:et vna vetita:oēs vetant.Pricipar tñ de⁹ vetuit adul
teriū iudeis:nō q ſit mai⁹ oib⁹ ſpēb⁹ fornicatōis:q: mlr̃e alie
ſt deteriores:vt dicet.ī.qñ ager d illis ſpēb⁹.expſſit tñ iſtā:q:
poterat eē cōior iter iudeos.Nā tot⁹ ppl's erat piugatoz:et
id in q cōi⁹ poterat peccari:erat q qs cogſceret vxorē alteri⁹.

D ⸿ Ego aũt dico vobis ⸿.ſ. Nõ ſolũ nõ mechari: ſꝫ ẽt nõ cõcupiſcere: qꝛ concupiſcẽ ẽt ſine actu exteriori pctm̃ mortale eẽ pt.
⸿ Q2m̃ oĩs q viderit mulierẽ ad ꝯcupiſcẽdũ eã. ⸿ Intelligit n̄ ſolũ de ꝯiugata cũ q̃ cõmittit adulteriũ: ſꝫ ẽt de q̃cũqꝫ alia q̃ nõ ſit ꝓp̃a vxor: qꝛ cũ oĩbꝰ talibꝰ pctm̃ mortale eſt: ẽt ſi nõ ſit adulteriũ. ⸿ Etiã itelligit ꝙ n̄ ſolũ in cogñſcẽdo: ſꝫ in ꝯcupiſcẽdo ſit mechari. Dĩ q viderit mulierẽ ad ꝯcupiſcẽdũ eã.i. q viderit ⁊ ꝯcupiuerit. Nã vidẽ ſolũ nõ ẽ pctm̃: ſꝫ ꝯcupiſcẽ. Et itelligit de ꝯcupia q̃ ẽ deliberata ⁊ cui ꝯſentit. Naꝫ cõcupia q̃ eſt motꝰ paſſiõal: cui nõdũ ꝯſentit: ſꝫ potiꝰ reſiſtit ẽt ſi i nobis iſurgat: nõ eſt pctm̃: qꝛ nõ ẽ i ptãte nr̃a ꝙ nulla talis paſſio iſurgat. ⸿ Uel dĩ ad cõcupiſcẽdũ eã.i. q voluerit videre ſolũ vt ꝯcupiſcat: vl' ad hãc itẽtionẽ vt ꝯcupiſcat: ſic̃ in qbuſdã q iõ vidẽ volũt pulchritudinẽ feminaꝝ: vt in vidẽdo ꝺlectent: ⁊ ꝑ h̄ ad ꝯcupiſcẽtiã magis moueant. Nã iſti nõ ſolũ patiunt a ꝯcupia ſꝫ ipſi illã ꝓcurãt. ⁊ pctm̃ ipoꝝ g̃uiꝰ ẽ: vtroqꝫ tñ mõ.i. ſiue videat ⁊ ꝯcupiſcat. ſiue videat ad ꝯcupiſcen-
E dũ pctm̃ ẽ. ⸿ Iã mechatꝰ ẽ in corde ſuo ⸿.i. lꝫ in ope nõ cõmiſerit pctm̃: tñ i corde iã cõmiſit adulterium. Iõ tenet reꝰ adulterĳ: lꝫ nõ eſt ita g̃ue pctm̃ ſic̃ ſi ope ꝑpetraret: qꝛ opõ exterior addit quãdã g̃uitatẽ ſup̃ voluntatẽ malã ſolam.

⸿ An peccatum conſiſtat in ſolo actu exteriori vel etiam in actu interiori. Queſtio. CLXXVI.

F Queritur q̃re xp̃s dixit: q viderit mulierẽ ⁊c̃. an pctm̃ ꝯſiſtat in ſolo actu exteriori vel
Rñdet ad queſituꝫ.q. ẽt in iteriori. ⸿ Cõſiderãdũ ꝙ totũ h̄ qd̃ xp̃s h̄ dic̃ ẽ ad tollẽdũ falſuꝫ itell'm iudeoꝝ q putabãt pctm̃ ꝯſiſtẽ in ſolo actu exteriori. Uñ ſolũ coitũ dicebãt eẽ pctm̃ ꝓpoſituꝫ de coeũdo cũ vxore aliẽa vl' al's nõ putabãt eẽ pctm̃. Xp̃s aũt oñdit iſtõ eẽ fl'ꝫ dicẽs ꝙ ẽt ꝯcupiſcẽ ſit pctm̃. ⸿ Et qm̃ iſtõ depẽdet ex q̃dã fundamẽto cõi.ſ. ꝙ lex vetꝰ nõ ꝓhibẽt aĩuꝫ: ſꝫ ſolã manũ i. opõneꝫ exteriorẽ: eſt circa h̄ dubiũ: de q̊ ꝑnciꝰ dõm erit in li. nr̃o de qnqꝫ legibꝰ. Qꝛ iſtõ ꝑtinet ad dr̃iaꝫ legis noue ⁊ veteris: ⁊ ẽt tactũ fuit exo.xx. Qꝛ tñ dr̃ia oĩuꝫ iſtoꝝ p̃ceptoruꝫ ⁊ additionũ q̃s xp̃s fac̃ vĩ pẽdẽ ex h̄: erit dõm de illo. ⸿ Et
G dõm ꝙ iudei: aut ſaltẽ plurimi ipſoꝝ tpe xp̃i putabãt ꝙ peccatum cõſiſteret in ſolo actu exteriori: ⁊ ipſa p̃cepta dei ꝺ ſolo exteriori actu itelligebãt. Qd̃ appꝫ ex oĩbꝰ additionibꝰ q̃s xp̃s hic fac̃. Nã putabãt homicidiũ eẽ pctm̃ ſꝫ nõ irã: aut ꝺſideriũ occidẽdi. Ita adulteriũ pctm̃ eẽ dicebãt: ſed nõ ꝺſideriũ adulterãdi. al's ſupflue xp̃s facẽt hic additiões iſtas ſi ipſi itellexiſſent p̃cepta dei nõ ſolũ de actu exteriori ſꝫ ẽt de iteriori. ⸿ Itẽ pꝫ qꝛ nõ ſolũ ſic putabãt: ſꝫ etiã icrepabãt eos q
H al'r crederẽt. Sic.n. Joſephꝰ.xĳ.antiq. icrepat polibiũ hiſtoriographũ aſſerẽtẽ volũtatẽ peccãdi eẽ pctm̃: dicẽs. Uñ miror polibiũ megapolitã ꝙ vir bonꝰ exiſtẽs dic̃ ideo p̃ĳſſe antiochũ: qꝛ voluit tẽplũ diane in ꝑſide deuaſtare. ⁊ ſb̄dit cãm dicẽs. Nã q nullatenꝰ egit pctm̃ lꝫ tm̃ cogitauit nullo reatu tenet. Idẽ aſſerit Aug. ſup̃ exodũ fuiſſe ãtiquã poſitionẽ qd̃ lex Moyſi cohibebat manũ ⁊ nõ aĩuꝫ. ⸿ Circa h̄ oñdẽduꝫ
I Pctm̃ ẽ in actu iteriori ⁊ extiori. p̃ma rõ. eſt p̃mo ꝙ pctm̃ nõ ſolũ in actu exteriori: ſꝫ ẽt in interiori cõſiſtit. deĩde ꝙ lex Moyſi ẽt aĩuꝫ ꝓhibebat in ſeq̃nti.q. ⸿ De p̊ pꝫ qꝛ v̊tꝰ ⁊ viciũ diſtiguunt ex oppoſito. Iõ in q̊cũqꝫ p̃t eſſe actus v̊tutꝭ. p̃t eẽ actꝰ vicĳ. Et tñ actꝰ v̊tutis eſt actꝰ iterior ⁊ n̄ exterior: g̊ actꝰ vicĳ iterior ẽ. Pꝫ nã in diffinitiõe v̊tutꝭ.ĳ.ethi. dĩ ꝙ v̊tꝰ ſit hitus electiuꝰ: ⁊ tñ electio eſt actꝰ iterior: ⁊ nõ dĩ ꝙ v̊tus eſt hitꝰ exteriꝰ opatiuꝰ. Ita g̊ viciũ eſt hitꝰ electiuꝰ: er-
K ſcd̃a rõ. go actꝰ vicĳ ꝯſiſtit in electõe. ⸿ Itẽ Ari.ĳ.ethi. põit q̃dã que oĩno ſunt mala ⁊ nõ pñt fieri bõa ꝑ aliquã circũſtãtiã: ⁊ p̊m ipſoꝝ eſt gaudiũ de malo: ⁊ deĩde iuidia. ⁊ tñ iſta duo conſiſtũt in actu iteriori: g̊ pctm̃ in actu iteriori ꝯſiſtet. ⸿ Itẽ.iiĳ.
L tertia rõ. ethi.c. de mãſue. diſtiguit Ari. tres ſpẽs iracũdoꝝ: ⁊ dic̃ oẽs iſtos ſic iracũdos eẽ vitupabileſ. Nã eũ q modicũ excedit vl' deficit a medio nõ icrepat: excedẽtes ãt vl' ꝺficiẽtes mãifeſte vitupabiles dicit: ⁊ vitupari aſſerit ibi ⁊.ĳ.ethi. Uituperiuꝫ tñ nõ eſt niſi de pctõ: ſic̃ laus eſt ſolũ de actu v̊tutꝭ: g̊ in actu
M 4.õ iteriori ẽ pctm̃. ⸿ Itẽ actꝰ exterior ſine iteriori nullo mõ eſt pctm̃: ⁊ cũ illo ẽ pctm̃: g̊ rõnẽ pcti accipit ab iteriori: ⁊ ſic interior actus erit magis pctm̃. Pꝫ h̄ qꝛ ea q̃ dõmiẽtes facimꝰ nullus dixit eẽ pctm̃. Etiã illa q̃ ſt̃ oĩo caſualia: qꝛ nullo mõ
N 5.rõ. ſũt a nobis volita: peccata nõ dicunt: nec iputant nobis. Si ãt ſint volũtaria iputãt: iõ ꝑp iteriorẽ actũ pctm̃ ẽ ibi. ⸿ Itẽ pctm̃ ⁊ opꝰ laudabile ſt̃ ꝯditões opis hũani. Nã pecora non dicunt peccare nec bñ agere. Et tñ nos nõ differimꝰ a pecoribus niſi ꝑ actũ itellectꝰ ⁊ volũtatis ⁊ nõ ꝑ actũ exteriorẽ: qꝛ oẽs actꝰ hñt nobiſcũ cõẽs vt in cibo ⁊ potu ⁊ venereis ⁊ ceteris actibꝰ: g̊ nõ ẽ pctm̃ in actu exteriori niſi ꝑp iterioreꝫ: qꝛ al's pecora peccarẽt ſic̃ ⁊ hoĩes. ⸿ Itẽ cũ peccare ſolis hoĩbus cõueniat iter aĩalia: neceſſe eſt ꝙ h̄ ſibi cõpetat ſꝫ p̃nª ꝓp̃a. Sũt ãt tria p̃n. opõnũ nr̃aꝝ.ſ. itellectꝰ appetitꝰ: ⁊ ſenſus. vĳ. ethi. ⁊ dĩ ibi ꝙ ſenſus nulliꝰ opõnis hũane ẽ p̃nm: ⁊ dat cã.ſ. Manifeſtũ ẽ ꝙ beſtie ſenſuꝫ qdẽ hñt: actũ ãt nõ cõicant. Manẽt g̊ duo p̃nª q̃ faciũt ꝓp̃e opõnẽ hũanã.ſ. itell's ⁊ appetitꝰ: g̊ nõ poterit eẽ pctm̃ in ope niſi ſꝫ actũ itellectꝰ ⁊ appetitꝰ. ⁊ tñ iſti duo actꝰ ſt̃ iteriores: g̊ pctm̃ ꝯſiſtit in actu iteriori. ⸿ Itẽ pctm̃ dĩ eẽ in opõne ſꝫ ꝙ ẽ ꝯ̃ rectitudinẽ rõiſ. D 6ª rõ
Et tñ h̄ totũ ẽ in actu iteriori: qꝛ eligẽ qd̃ malũ eſt: aut cõcupiſcere malũ: ꝯ̃ rõnẽ ẽ: g̊ in iteriori pctm̃ ẽ. Opõ ãt exterior n̄ hꝫ aliquã rõnẽ bõi aut mali niſi ſm ꝙ ẽ ab interiori: ⁊ eſt q̃ſi aliqd additũ ⁊ aggrauãs: qꝛ vĩ eẽ magꝭ volitũ qñ ꝓcedit in exteriorẽ opõnẽ q̃ꝫ qñ ꝯſiſtit i ſolo actu iteriori. Sic̃ ſi aliqs i eodẽ gñe pcti maiꝰ nocumẽtũ iferat: aut maiori tpe illõ opet erit illa opõ ꝺterior. Ita qñ fuerit opꝰ exterior ſil' cũ interiori. P 7ª rõ.
Qui ãt putauerũt in ſolo exteriori ꝯſiſtẽ pctm̃: nõ cognouerunt hoĩeꝫ ſm ſeipꝫ: ſꝫ ſꝫ ꝙ ẽ extremũ cõicatõis alicꝰ. Nã qd̃ iterior opõ nõ ſit pctm̃ ꝑ ſe: ⁊ exterior ſit pctm̃: non poterat ex alio ꝓuenire niſi qꝛ exterior opõ p̃t eẽ alicui nociua vl' vtilis: iterior ãt ſola nulli nocet. Et qm̃ in cõicatiõibꝰ ſolũ attendit ꝙ qs nõ iferat alteri malũ: qd̃ nõ dꝫ: ⁊ vt p̃ſtet bonuꝫ ad qd̃ tenet: ⁊ iſtõ ſolũ eſt bonũ vl' malũ alteriꝰ iquãtũ ẽ exteriꝰ: putauer̃t nihil eẽ bonũ vl' malũ: niſi ſꝫ ꝙ ẽ exteriꝰ. Et ſic iſti ſolũ ꝯſtituũt hoĩeꝫ extremũ alicꝰ cõicatõis. Si tñ ꝯſiderarent hoĩeꝫ ſꝫ ſeipꝫ iuenirent ꝙ in actibꝰ iterioribꝰ ſit pctm̃: qꝛ peccatũ ẽ ꝑ qd̃ hõ malus ẽ. Hõ ãt nõ ẽ malus niſi ꝑ id qd̃ ſibi ꝓpriũ ẽ. Iſtud tñ totũ ẽ iteriꝰ.ſ. itellectꝰ ⁊ volũtas: g̊ pctm̃ p̃nr eſt in actu iteriori: ⁊ nullo mõ eẽt in exteriori niſi iquãtũ ille eſt ipatꝰ ꝑ iteriorẽ. Per iſtam g̊ extẽſionẽ cõicat ſibi rõ pcti.
Opꝫ g̊ ꝙ i aliq̊ repiat rõ pcti ꝑ ſe: qꝛ cũ in aliq̊ inuenit aliqd nõ ꝑ ſe: nece ẽ ꝙ referat ad aliqd qd̃ ẽ ꝑ ſe: qꝛ nõ eſt poſſe eẽ ſtatũ ꝑ accñs. Sic̃ ſi aliqd ẽ cal'ꝫ nõ ꝑ ſe: nece eſt ꝙ reducat ad aliqd qd̃ ẽ ꝑ ſe cal'ꝫ ⁊ ꝑ iſtõ ſibi cõpetat: ⁊ ſic cal'm in elemẽtis ⁊ elemẽtatꝭ ad ignẽ reducit. Sꝫ opõ exterior nõ ẽ ꝑ ſe pctm̃: qꝛ al's eẽt pctm̃ vbicũqꝫ talis iueniret: g̊ oꝫ ꝙ eẽ pctm̃ cõpetat alicui actõi ꝑ ſe. Et iſta erit actio iterior: cui cõpetet eẽ pctm̃: nõ ꝑ alteꝝ: ſꝫ inquãtũ imediate iuenit in ea eẽ ꝯ̃ rõnẽ: ⁊ eſt actꝰ q debẽt imediate dirigi a rõne: vl' cui ꝑ ſe cõpetit a rõe dirigi. ⸿ Joſephꝰ ãt ⁊ alĳ iudei nõ ſatꝭ cõſiderauer̃t hoĩeꝫ ſm ſuã ꝓprietatẽ vt p̃hi ꝯſiderãt: ſꝫ velut politicꝰ vl' legiſta q ꝯſiderãt ſolũ de hitudĩe ciuiũ iter ſe que eſt in actibꝰ exterioribꝰ: iõ nõ putauerũt actuꝫ interiorẽ pertinere ad peccatum: ⁊ ſic errauerunt. R

⸿ An lex vetus ꝓhibebat actũ iterioreꝫ. Qõ. CLXXVII.

Queritur ꝑ ſcd̃o an lex vetus ꝓhibeat animum. ⸿ Et dõm ꝙ ſic: qꝛ cõcupiſcẽ eſt actꝰ interior ⁊ tñ ꝓhibet a lege. Ut cũ dĩ nõ cõcupiſces vxorẽ ꝓximi: ⁊ iteꝝ nõ ꝯcupiſces aſinũ aut bouẽ. exo.xx. ⁊ deutero.v. A Rñdet ad queſituꝫ.q.
⸿ Itẽ leui.xix. ꝓhibent aliq actꝰ iteriores. Nã dĩ nõ oderis frẽꝫ tuũ in corde tuo: ſꝫ publice argue ne hẽaſ ſup illo pctm̃. p̊ª rõ
Ecce ibi vetat odiũ cordis. ⁊ ẽt dĩ ꝙ pctm̃ ẽ. ẽt dĩ. Nõ memoreris iniurie fratꝝ tuoꝝ: ⁊ tñ eẽ memorẽ ꝑtinet ad ſolũ actũ iteriorẽ: g̊ iſte vetat a lege. ⸿ Itẽ illa lex q̃ ordiat hoĩeꝫ ad v̊tutẽ aĩ p̃cipiẽdo dꝫ cohibẽ viciũ aĩ: qꝛ nõ p̃t eſſe v̊tꝰ aĩ niſi excludat viciũ aĩ. ⁊ tñ lex Moyſi ordiat aĩuꝫ ad v̊tutẽ. ꝺutero. vĳ. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo. g̊ ⁊c̃. g̊ ẽt ꝓhibet vicia aĩ. ⸿ Itẽ pꝫ qꝛ lex Moyſi nõ eſt mioris ꝑfectõis q̃ꝫ lex hũana. ⁊ tñ lex hũana dirigit aĩuꝫ ad v̊tutẽ. Qꝛ vt dic̃ Ariſ. p̊ ethi. itẽtio legiſlatoris ẽ facẽ ciues bonos ⁊ obauditores legũ. Boni ãt nõ ſt̃ ſine v̊tute q̃ in aĩo ẽ: g̊ oꝫ ꝙ ẽt lex hũana ꝓhibeat actꝰ iteriores malos. A fortiori g̊ lex moyſi. ⸿ Dõꝫ ꝙ Aug. ſup exo. aſſeruit ãtiquã eẽ poſitõeꝫ ꝙ lex cohiberet manũ ⁊ nõ aĩuꝫ: euãgeliũ ãt cohibẽt manũ ⁊ aĩuꝫ. Ip̃e tñ dicit ꝙ ẽt in lege ꝓhibet aĩus: ⁊ põit exẽplũ in duobꝰ p̃ceptꝭ ꝺ nõ ꝯcupiſcẽdo exo.xx. Soluit g̊ ipſe tripl'r: dicẽs ꝙ itelligit vno mõ.ſ. ꝙ lex cohibebat manũ gñal'r ⁊ tñ aĩuꝫ nõ cohibebat: niſi in moralibꝰ: in cerimõialibꝰ ãt nõ. ⸿ Alio mõ dic̃ ꝙ itelligit de gñali ꝓhibitõe.ſ. qꝛ i euãgeº ꝓhibet gñal'r oĩs cõcupia cuiuſcũqꝫ rei illicite. In lege ãt Moyſi ſolũ ꝓhibet cõcupia vxoris aliene ⁊ rei poſſeſſe: aliaꝝ ãt reꝝ ꝯcupia nõ vetat. ⸿ Tertio dic̃ ꝙ p̃t itelligi h̄ q̃ꝫtũ ad p̃uũ itell'm iudeoꝝ.ſ. ꝙ lex moyſi cohibebat manũ ⁊ aĩuꝫ v̊e: ⁊ tñ iudei itelligebant ſolã 2ª rõ 3ª rõ 4ª rõ B An lex moyſi ꝓhiberet animũ. C pº D 2º E 3º

bant ſolā manū eſſe cohibitā: ⁊ ſm eoꝝ intellēm dicebat ſo-
luȝ lex ꝓhibere manū. ¶ De iſto tertio dōȝ eſt ꝙ verum ꝙ
iudei falſe itelligebāt ſolā manū eē ꝓhibitā. Nā nō ſolū i hijs
ſȝ ēt in qbuſdā alijs errabāt: qꝛ dr̄. j. in lr̄a. diliges alicū tuuȝ
⁊ odio hēbis inimicū tuū. Et dr̄ ibi ꝙ dc̄m eſt antiqs h̄. Et
tn̄ deꝰ nūq̄ ꝑcepit h̄ iudeis: ſȝ potiꝰ vetuit. Jō n̄ dicebat dc̄m
eē antiqs ſȝ v̄itatē: ſȝ ſȝ ſl̄aȝ extimationē iudeoꝝ q ſic expo
nebant ſcripturā: vt. j. dicet. Et ſic veꝝ eſt ꝙ ſȝ intellēȝ falſuȝ
iudeoꝝ erat ſola manus ꝓhibita. ¶ Alie due ſol̄ones aug.
q̄s ēt ponit magr̄. 3. ſen. di. xl. ſunt calūniabiles. ¶ De p̄ᵃ pȝ:

f
Prima ſol̄o calūniā patitur.

qꝛ ꝓhibere vel nō ꝓhibere ꝯcupiaȝ ſolum ꝑtinet ad ꝑcepta
moralia ⁊ iudicialia: qꝛ iſta ſt̄ ꝑcepta de actiōibꝰ hūanis. Jn
cerimonialibꝰ aūt nec poterat manus cohiberi: nec aīus: qa
ibi nulla ꝯcupia aut actus malus exterioꝛ diſſuadet: ſȝ ſoluȝ
ponunt cerimonie diui cultꝰ. Et ſi ponerent aliq̄ ꝓhibentia
manū aut aīuȝ nr̄ȝ iā nō eēnt ꝑcepta cerimōialia: ſȝ moralia
vel iudicialia: qꝛ iſta actiōes hūanas dirigūt. ¶ Pōt excuſa

Prima ſol̄o excuſatur.

ri iſta ſol̄o vt dicat ꝙ cerimōialia cohibebāt manū ⁊ nō ani-
mū. i. īponebat pena in eis ꝓ pctīs manus ⁊ nō aī: qꝛ iube-
bat deꝰ ꝓ pctīs qbuſdā ſacrificia offerri: ⁊ tn̄ nunq̄ iubebat
fieri ſacrificiū ꝓ pctō: qō eēt in ſolo aīo: ſȝ ꝓ eo qō eēt in re ⁊
ſic manus cohibebat. i. puniebat actꝰ exterioꝛ. Sȝ h̄ mō me
lius adhuc diceret ꝙ lex vetus q̄tum ad moralia ꝓhibebat
manū ⁊ aīuȝ: ⁊ tn̄ q̄tū ad iudicialia ſolā manum ꝓhibebat.

g
Secunda ſol̄o calūniā patitur.

¶ De ſc̄da ſol̄one pȝ: nā ꝑ iſta duo ꝑcepta ō nō ꝯcupiſcēdo
vetat oīs ꝯcupia. Nā oē qō ꝯcupiſcimꝰ aut ē vtile: aut ōlecta
bile: aut honeſtū: qꝛ iſta ſt̄ ſolū tria gn̄a bonoꝝ: vt pȝ. 3. ethi.
Cōcupia aūt bonoꝝ honeſtoꝝ nūq̄ eſt ꝓhibita: ſȝ q̄to ali-
qs illa magis ꝯcupiuerit: tāto ē laudabilioꝛ: qꝛ q̄to ō illꝰ plus
habuerit: tāto erit melioꝛ. iō in iſtis nll's ē exceſſus: vt dr̄. 7.
ethi. ¶ Circa delectabilia aūt ⁊ vtilia p̄t ꝯcupia eē mala. Et
iō iſta ꝓhibet iterdū. Delectabilia. n. ꝑꝑ ſeipa ꝯcupiſcūt: qꝛ
ſt̄ ad fruēdū eis: ⁊ iſta ꝓhibet̄ i illo ꝑcepto. ſ. non ꝯcupiſces
vxorē ꝓximi: qꝛ vxoꝛ nō ꝯcupiſcit ad poſſidēdū: ſȝ ad fruen-
dū. Utilia aūt ꝯcupiſcimur ꝑꝑ alteꝝ, qꝛ in ſeipſis nō ſunt bo
na: ſȝ ſolū inquātū ꝓficiūt ad quēdā vſuȝ. Et iſta ſt̄ oīa q̄ poſ
ſident vel q̄ſi poſſident. Et iſta ꝓhibent ꝯcupiſci in illo ꝑce
pto. nō cōcupiſces ſuū: nō ācillā: nō bouē: nō aſinū: nec oīa
q̄ illiꝰ ſt̄. Et inquātū dr̄ de ācilla pōt itelligi ancilla vt mulier
vl' vt res poſſeſſa. Si ꝯcupiſcat vt mlier erit ad fruēdū: ⁊ ꝑti
net ad illō mādatū: nō ꝯcupiſces vxorē ⁊c̄. qꝛ lȝ nō ſit vxoꝛ
ꝯcupiſcit ad id qō vxoꝛ: ⁊ ſic lȝ nō ſit eadem ſpēs pctī: eſt tn̄
idē genus. ſ. fornicatio. Si ꝯcupiſcat vt res poſſeſſa ꝑtiet ad
illud ꝑceptū. nō ꝯcupiſces ſuū. Et qꝛ ancilla ſȝ ꝙ ācilla di-
cit rem poſſeſſaȝ ⁊ nō ſexū ꝑtinet ꝓp̄e ad ꝑceptū de rebꝰ ꝓxi
mi nō ꝯcupiſcēdis: ⁊ nō ō vxore. Et ſic oīs ꝯcupia vetatur ꝑ
iſta duo ꝑcepta: cū nō ſit aliquid qō poſſit male ꝯcupiſci: niſi
res ōlectabilis aut vtilis. ¶ Poterat tn̄ excuſari iſta ſol̄o di-

Excuſatur ſol̄o ſc̄da.

cēdo ꝙ lȝ īplicite ꝑ iſta duo ꝑcepta ꝓhibeant oīa q̄ male cō-
cupiſcunt: tn̄ explicite ſic̄ ad rudes attinet nō ꝓhibent niſi
q̄dā gn̄a reꝝ. Jn euāgelio aūt. i. i toto nouo teſtō gnāl'r ꝓhi
bent oīa mala q̄ ad aīuȝ ꝑtinēt. qūocūq̄ qs male ꝯcupiſcat:
ſiue in ōlectabilibꝰ ⁊ vtilibꝰ ō qbꝰ dc̄m ē: ſiue ꝙ qs velit ma
lū ꝓxio: vt ꝑ odiū ⁊ iraȝ. oīa. n. hec vetita ſt̄. ¶ Al'r aūt dicit
ſc̄us Tho. 3º. ſen. diſt. xl. arti. 2º. ſ. ꝙ lex vetꝰ ꝓhibebat manū
⁊ aīuȝ gn̄al'r: ⁊ tn̄ ſolā manū cohibebat vel cōpꝛimebat: lex
aūt xp̄i manū ⁊ aīuȝ ꝓhibet ⁊ cohibet. ¶ Eſt. n. ꝓhibere ve
tare vel diſſuadere cū auc̄itate. ſ. q̄n pōt h̄ facere ille q iubet
⁊ obligare eū cui iubet ad obſuādū h̄. Cohibere ē penā ap-
ponere ꝓ trāſgreſſiōe mādati. ⁊ iſt ō ē cogere vl' cōpꝛimere.

h
Alia expoſitio ſ. tho. Prohibē ⁊ cohibē qd ſit.

¶ Primū facit lex moyſi q̄ ꝓhibet ꝯcupiaȝ ⁊ odiū: q̄ ſt̄ ma-
la aī: ⁊ tn̄ nō cohibet iſta: qꝛ nō pūit ea: ſȝ ſolū pūit pctā exte-
rioꝛa q̄ dn̄r pctā manus. ¶ Euāgeliū āt oīa ꝓhibet oñdēdo
pctm̄ eē: tā in actu interioꝛi q̄ exterioꝛi. Et ēt oīa cohibet qꝛ
penā eternā cōminat ꝓ oībꝰ pctīs tā cordis q̄ opis. Sic̄ dr̄
s. in lr̄a ꝙ q iraſcit frī ſuo reꝰ erit iudicio. ¶ Rō iſtoꝝ ē ſm
ſc̄tm̄ Tho. ibidē ꝙ coactio legis ſȝ phȝ. x. ethi. in fi. eſt nec̄ia
ad h̄ vt illi q ꝑſuaſionibꝰ ad bonū nō iclinant ꝑ penas cogā

i

tur. Uñ cohibitio legis tm̄ ſe extēdit q̄tū pena iflicta ꝑ legeȝ
ſe p̄t extēdere. ſic̄ aūt lex vetꝰ īfirmis animis nō niſi terrena
ꝓmittebat. Jta ēt ꝓ pctīs penā tpalē iſligebat. ſ. oculū ꝓ ocu
lo dētē ꝓ dēte ⁊c̄. Pene aūt tpales nō pn̄t infligi ꝓ pctīs aī
niſi inquātū in actū exterioꝛē exeūt. Al's āt ab hoīe de eis iu
dicari nō pōt. ⁊ iō lex vetꝰ manū ⁊ nō aīuȝ cohibē dicebat.
¶ Lex āt xp̄i bona eťna ꝓmittit: ⁊ cōminat pctōꝛibꝰ penaȝ
eternā: pena āt eterna iſligit ab illo iudice q ē ſcrutatoꝛ coꝛ-
dis: iō nō ſolū manū: ſȝ ēt aīuȝ cohibet: qꝛ deꝰ ita nouit aīum
ſic̄ manū: ⁊ iſtō veꝝ eſt. ¶ Al'r tn̄ dici p̄t: ⁊ vr̄ ꝙ ſit adhuc K
magis ſine calūnia. ſ. ꝙ lex vetꝰ ꝓp̄e ſumpta: nec ꝓhibebat:
nec cohibebat aīuȝ: ſed ſolā manū: lex āt xp̄i manū ⁊ aīuȝ ſil'
ꝓhibet ⁊ cohibet. Pȝ h̄ qꝛ nō vocat lex vetꝰ totū iſtō qō ſcri
ptū ē in libꝛis veteris teſti. Nā mlta ſunt ibi q̄ ad hiſtoꝛiā ꝑti
nēt: vt tota geneſis: ⁊ magne ꝑtes alioꝝ libꝛoꝝ: lex tn̄ ſoluȝ
ꝯtinet ꝑceptū ⁊ ꝓhibitionē ⁊ ꝑmiſſionē: vt ait Jſido. v. ethi-
mo. ⁊ idē legiſcōſultꝰ aſſerit. Sed adhuc oīa ꝑcepta ⁊ ꝓhibi
tiōes q̄ ſt̄ in libꝛis illis nō ſt̄ veteris teſti ſiue legis. Nā tota
lex vetꝰ abijt: ⁊ tn̄ mlta ꝑcepta de illis manēt: vt totꝰ ōcalogꝰ
⁊ multa alia ēt ꝑcepta veteris legis ſolū iceperūt obligare ꝑ
h̄ ꝙ iſtituta ſt̄ a legiſlatoꝛe ipſiꝰ legis. Jlle āt fuit deꝰ q eā de-
dit in mōte ſynai. exo. xix. ⁊ deutero. v. ¶ Mlta tn̄ ꝑcepta q̄
ſunt in libꝛis illis obligabāt a p̄nº ſeculi vt ōcalogꝰ ⁊ alia ml'
ta: ḡ illa nō pn̄t vocari ꝑcepta legis veteris ſiue legis Moy-
ſi: lȝ i libꝛis ipſis ſcripta ſint: ⁊ ēt lȝ tc̄ ꝑ deū data fuerit. Sic̄
ſiqs legiſlatoꝛ politicꝰ ſcribēt i legiſlatōe aliqō de ꝑceptꝭ euā-
gelicis: nō efficeret ꝑꝑ h̄ iſtō ꝑceptū legis politice: qꝛ ſꝑ ma-
neret ꝑceptū legis euāgelice. Uñ ēt ſi tota illa legiſlatio poli
tica ꝑiret manēt iſtō ꝑceptū iſertū illi legiſlatiōi: qꝛ erat euā-
gelicū. ¶ Hoc ḡ mō nō repirent aliq̄ ꝑcepta q̄ ſint ꝓp̄e de le
ge veteri: vl' de lege Moyſi niſi ꝑcepta cerimonialia ⁊ iudi-
cialia. Jſta. n. an̄q̄ darent ꝑ deū nō obligabāt quēq̄ ⁊ noui
ter data ſt̄ iudeis. Et ob h̄ q̄n ceſſauit lex moyſi: itroducta le
ge xp̄i oīa iſta ceſſauerūt: ⁊ nō ceſſauerūt moꝛalia: qꝛ lȝ eēnt L
ſcripta in lege veteri: nō erāt tn̄ de lege veteri. ¶ De iſtis di-
cendū ꝙ in eis nō ꝓhibebat aīus: ſȝ ſola manꝰ: ⁊ ꝯn̄r nec co
hibebat: qꝛ cohibitio nūq̄ ē niſi ꝑꝑ trāſgreſſionē. ⁊ appet h̄
qꝛ ſiqs q̄rat ſolicite oīa cerimonialia ⁊ iudicialia nō iueniet
aliqō qō aīuȝ ꝓhibeat: ſȝ ſolū actū exterioꝛē ꝓhibēt: vl' aīuȝ ſi
mul cū actu exterioꝛi: ⁊ tc̄ n̄ ꝓhibet aīus ꝑꝑ ſe ſȝ iquātū actꝰ
exterioꝛ ꝑncipat ab iterioꝛi. Lex āt xp̄i ꝓp̄e dc̄ā ꝓhibet ⁊ co
hibet aīuȝ ⁊ manū: qꝛ lex xp̄i oē malū ꝓhibet. Jō tā in manu
q̄ in aīo ēt oīa cohibet: qꝛ ꝓ oī pctō moꝛtali cōminat penam
eternā. ¶ Rō diuē p̄t eē ſic̄ aſſignabat. s. ꝑ ſanctū Tho. ſ. qꝛ
lex vetꝰ iſligit pēas tpales q̄ ꝑ iudicē iponunt: ⁊ ille nō coḡ
ſcit aīuȝ: ſȝ ſcm̄: lex āt xp̄i penā eternā cōminat q̄ iſligit ꝑ ſo- M
lū deū ⁊ ille nouit aīuȝ. ¶ Jſta cā v̄a ē: ⁊ tn̄ vr̄ eē ꝑcipua cā:
qꝛ ēt ſi iudex hūanꝰ coḡuerit aīuȝ nō puniet illū. Rō ē quia
iſtō excedit genꝰ ꝯſideratōis ſue. Nā leges politice ſt̄ ad finē
politicū q̄ ē trāq̄llus ⁊ abundās ſtatꝰ ciuiuȝ. Ad h̄ āt reqrit
ꝙ vnꝰ nō noceat alteri ⁊ ēt ꝙ in qbuſdā ſe adiuuēt: qꝛ ad h̄
ꝯuenerūt in vnū coꝛpꝰ politicū. ſ. qꝛ vnicuiq̄ adiacet ꝑticula
boni alteriꝰ. iij. poli. nocere āt hoīeȝ hoī: aut adiuuare ipſum
nō fit niſi ꝑ actū exterioꝛē: qꝛ ſolū velle i nob̄ nō hȝ efficatiā:
i deo āt hȝ: qꝛ ꝑ h̄ ꝙ ſolū vult rē fieri: ipſa fit. pſal. xxxij. ⁊. Cx
lviij. ſ. Jpſe dixit ⁊ facta ſt̄. i. ipſe voluit ꝙ fierēt ⁊ facta ſūt. iō
lex hūana nō ōbuit vetare opōnē iterioꝛē: qꝛ iſtō excedēt ge
nus artis ſue. Sic̄ ſi geometra ex eo ꝙ tractat de magnitu-
dine vellit tractare de q̄cūq̄ magnitudie ⁊ tractaret de ma-
gnitudine ſubiecta motui qō ꝑtinet ad aſtrologū. Nā exce-
deret genꝰ artis ſue. Jta de legiſlatoꝛe ē: nā ꝯſideratio ſua nō
dȝ excedē finē ſuū. Et ſi exceſſerit: iā trāſgredit genꝰ artꝭ ſue.
Uñ ēt ſi ꝯſtet iudici vl' legiſlatoꝛi rectiſſimo de mala volūta-
te alicꝰ nō puniet eū. ſic dr̄. ff. de penis. l. cogitatōis. ⁊ ō pen.
di. i. §. cogitatiōis. qō ꝑuerſe cogitatōis nemo penā meretur.
Ergo ſi nō meret nō ceſſat iſligi: qꝛ nō coḡſcit: ſȝ qꝛ nō ē iu- N
ſtū ꝓ illa iſligi penā. ¶ Lex āt xp̄i ꝓhibet actū iterioꝛē ma-
luȝ: nō ſolū: qꝛ deꝰ coḡſcit actū iterioꝛē: ſȝ qꝛ ꝑ legē euāgelicā
oꝛdinat hō in deū q eſt ſimpl'r bonꝰ. Ut poſſimus ꝑticipare
eo ⁊ hr̄e in illa ꝑticipatiōe felicitatē verā q̄ ē. s. facultatē nāe
⁊ qꝛ cōiungimur ibi v̄o bono ⁊ puro. oȝ nos eſſe puros. Jſtō
āt eſſe nō p̄t niſi ꝑ h̄ ꝙ oē malū ſimpl'r caueamus. ⁊ tn̄ malū
ꝯſiſtit. nō ſolū in actu exterioꝛi. ſed ēt in iterioꝛi ꝑncipaliꝰ. vt
dictū eſt ꝑce. q. iō lex xp̄i debuit vetare oē malū. Nulla autē
alia lex debuit manū ⁊ animū vl'r cohibere: qꝛ nulla eſt que
oꝛdinet hoīem ad aliqō bonum ſimpl'r niſi lex xp̄i. Et ſic lex
moyſi nō ſolū non ꝓhibuit oē malū iterius: ſed etiā nec ex- O
terius de quo dicet īfra. 19. q̄n aget de libello repudij. ¶ Am
plius cōſiderandū ꝙ lex moyſi ⁊ etiā leges humane nō ve-
tant animū: qꝛ lȝ actus animi poſſit eſſe peccatū ſimpliciter
tn̄ nō pōt eſſe peccatū quantū ad illas leges. Patet qꝛ pctm̄
dicit quādā deuiationem a rectitudine. Rectitudo aūt dicit

K
Opīo auctoris ō differētia ꝓhibitionū veteris ⁊ noue legis circa manū. i. opationē ⁊ animū. i. voluntatem.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

quedā ordinē vl' hitudinē: iō in illis opōibus cōſiſtit ſolum
rectitudo q̄ ordinat̄ ad aliqueʒ finē. Jpſe āt finis non dr̄ re-
ctus ſed bonꝰ: iō in opōne dicet̄ eſſe pctm̄ ſʒ ꝙ deuiat a fine
ſuo. Et q2 fines ſunt diuerſi: nō hn̄t oēs opōnes eandē recti
P tudinē. ¶ Finis aūt in legibꝰ politicis ⁊ tota cōicatiōe politi
ca eſt trāqllitas ⁊ abūdātia. Nihil g̃ dicet̄ deuiare vl' eē obli
quū in opationibus politicis: niſi inquātū repugnat trāqlli
tati aut abundātie: vel gn̄alr̄ bono ſtatui politico. ⁊ iō nihil
aliud eſt pctm̄ politicū niſi qđ ab hijs deuiat. Praua tamen
cogitatio (ſi non ꝓcedat in opus: nec aliq̊ mō foris oſtēdat̄)
nō repugnat trāquilitati nec bono ſtatui politico: iō ꝑua co-
gitatio non eſt pctm̄ politie: ⁊ ſic nō debet puniri per legem
politicā. ¶ Unde ſi nō eēt alia lex ſupior ⁊ obligaret lex po
litica: nō ſolū in foro ꝯtētioſo: ſed ēt in foro ꝯſcie: adhuc mala
cogitatio ⁊ voluntas nō eēt pctm̄. ⁊ ēt deus ſi puniret in no
bis oia pctā facta ꝯ̄ ſtatuʒ politicū ⁊ legē politicā que iudi-
ces non puniuiſſent: non puniret nos ꝓ mala voluntate: ſed
ſolum ꝓ malo opere exteriori. Nunc āt non ſolū faciendo cō
tra legē politicā iuſtā: ſed ēt deſiderando facere peccamꝰ mor
taliter. Non qdē inquātū per hoc agimus ꝯtra legē politicā
ſed q2 agimus ꝯ̄ legē diuinaʒ ⁊ ꝯ̄ legē nālēʒ que oē malū ve
tat. ⁊ ideo puniemur a deo. ſed nō a legiſlatore: ēt ſi de h̄ pec
cato cōſtaret. ¶ Ad arª. per que induximus ꝙ lex vetus ꝓ-
hibebat aiuʒ: dicendū eſt ꝙ accipitur ibi lex vetus generalr̄
pro oibus preceptis cōtētis in libris veteris teſtamēti. ⁊ ta-
men oia illa precepta que ibi ꝓhibebant aiuʒ erāt de iur̄ nā-
li: ⁊ nullū eoꝝ erat iudiciale aut cerimoniale. que ſunt ꝓp̄e
